





Augustini De Auguriis
Accedunt
... llinis Niliaci Hieroglyphica
per Bernardinum Trebatium de
Graecis translata.
Basileae apud Johannem
Hervagium 1534. 12° (8.°)
Raro esemplare
con postille di
mano di
Nifo.



AVGVSTINI NIPHI MEDICES, PHILOSOPHI Sueſſani, de Auguriis Lib. II. Cum capitum Indice.

His adiecimus

ORI APOLLINIS NILIACI de hieroglyphicis notis Lib. II. à Bernardino Vicentino latinitate donatos.



BASILEAE APVD IOHANNEM HERVAGIVM, ANNO M. D. XXXIIII.

AVGVSTINI NI-PHI MEDICES PHILOSO-phi Sueſſani, librorum de Auguriis, ad Illuſt. uirum Guidonem Ran-gonium magnanimum Comitem præfatio.



QVanta apud priſcos hoiẽs in-oleuerit uanitas, Magnanime Guido, ex iis quæ de auguriis de'q; augurandi artibus tradi-derunt, non eſt obſcurum intelligere. Ci-licum & Piſidarum gens, his'q; finitima Pamphilia uolatibus auium, cantibus'q; declarari res futuras crediderunt. Demo-critus, Chryſippus, Diogenes Babilonius, Antipater, Poſſidonius rem probarunt. Romulus, augur optimus, Vrbem auſpi-cato condidit. Priſci Reges, Romani'q; ip-ſi tantam fidem auguriis præſtabant, ut ſi-ne auſpiciis nullas res prorſus gererent, di-cerent'q; et templa auguſta, eadem'q; ab origine auguria quod à Ioue manu ſua aucta fuerint atq; data. Tiberius Gracchus

augurum et aruſpicum diſciplinam cæte-
ris diuinationibus antepoſuit, quæ in Tel
meſſo Cariæ urbe claruit. Phryges quoq;
& Arabes auiũ ſignificationibus obtem-
perabant, quod etiã effecerunt Vmbri. Pli
nius inſuper in hiſtoriæ naturalis libris,
non modo his fidem præſtat, uerum etiã
multis exemplis probat. Liuius etiã ubiq;
auguria magnifecit: at ubi opus erat an-
notauit. Heſiodus in narratione obſeſſio-
nis Nini Aquilam augurii præſidem bi-
bentem facit. Ariſt. omnium philoſopho-
rum magiſter, non ſolum auguriis fidem
adhibet, ſed ex animalibus multa colligi
monet. Vnde libris de animaliũ hiſtoria
inquit, Gallina etiã diſciſſa, talia ſuſcepto
quo loco fœminis oua adhærent, reperta
ſunt colore luteo, tota magnitudine oui
profecta, quod pro oſtento augures capi-
unt. Præterea cũ de lacte & coloſtra loque-
retur, ſed hæc oſtentis inquit annumeran-
da potius ducunt, nam & Lemnio illi pe-
coris domino conſulenti, deus amplius
incrementum peculii futurum reſpondet.

Et cum

Et cum de sternutamento loqueretur signum est inquit, augurale & unum ex spirituum omnium generibus, sanctum & sacrum, per quæ non modo fidem auguriis tribuere, uerũ etiam probare uidetur. Celeberrimi uero augures, qui et fidẽ auspiciis præstiterunt, & auguria obseruarunt, plurimi fuerunt, inter quos Deiotarus Siciliæ rex qui, ut Cicero inquit, nihil unquam nisi auspicato gessit. Tisameus Antiochi filius adeo auguriorum facultatem percalluit, ut apud Delphos oracula redderet. Leucadius celeberrimus aruspex, qui Hyppomachus nomine dicebatur, auguria apud græcos obseruauit. Vectius in augurandi disciplina nobilissimus fuit, hic enim, ut scribit Varro in libris antiquitatum, affirmauit futurũ Romani Imperii terminum post. M.CC. annos. Theocritus augur fuit præstantissimus, qui autoritate augurandi omnibus sui temporis auguribus anteibat. Vmbritius tantam auguriis fidem tribuit, ut ipsa esse deorũ uerba assereret. Tyburnus Am-

phiarai filius adeo auguriis adhæſit, ut Tyburtes non alio nomine quam à Tyburno dici uoluerint. Amphiaraus Oiclei filius augur fuit græcus, quem cum Adraſtus rex in bellũ contra Thebas uellet ducere, recuſauit, & ne cogeretur, ſeſe occulit, quod præuideret ibidem ſe periturum. Tireſias Thebanorum Rex, non modo auguriis fidem præſtitit, uerum etiam augurificæ artis inuentorem fuiſſe memoriæ proditũ eſt. Tages uero primus omnium auſpicii diſciplinam dedit. Hi ſunt homines, qui uanitatibus auguriorum adhæſerunt. Ne igitur huiuſmodi priſci homines prophanis ſint errandi occaſio, de auguriis duos libros ſtruendos eſſe putauimus. Primum in quo uanitates omnes, quas tradiderunt, enarrabimus. Secundum autem in quo & opiniones, & cauſas, quibus huiuſmodi uanitatibus fidem tribuerunt, reprobabimus: exponemusq́ue & quibus auguriis fides ſit præſtanda, et uſq; quo augurandum ſit. Verũ cum aliquid publicatur, primario uiro dicatum non

parum

parum autoritatis capiat. Ad te, Guido Illustris studiorum uirorum fautor præcipuus, atq; tuorum parium similiumq; iubar splendidissimum, librum hunc scribimus, ut intelligas quibus auguriis fides sit præstanda, quibus autem non. Insuper quid de eis philosophi, quidue sanctissimi uiri senserint. Virtus enim tua declarauit non modo grato animo labores nostros, uerum etiam summo desiderio te esse suscepturum. Accipe igitur libellum, quem si à te commendatum sensero, ad maiora munera accingar. Vale.

QVID PER NOMEN AVGVRII SIT INTELLIGÉDUM, ET QUO ORDINE PROCEDENDUM.



Ntequam ad rem, quæ nobis augurium fert, deueniamus, quid per augurium intellexerint prisci, ac quo modo nos in disputatione accipimus, exponendũ uidetur.

Est igitur augurium diuinatio quædam, quæ ex auibus ipsis colligitur.

Diuinatio autem, ut Arist. inquit libro de somniis, bifariam dicitur, aut naturalis, aut artificiaria.

Naturalis quidem diuinatio, est ipsa auis quæ uolatu, aut uocibus, aut gustatu, ex insperato nobis suapte natura aliquid boni, aut mali futuri prædicit: & de hac naturali diuinatione Vergilius loquitur, cum inquit.

Quod nisi me quacunq; nouas incidere lites,
Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix.
Nec tuus hic Mœris, nec uiueret ipse Menalcas.

Artificia-

Artificiaria uero, est interpretatio auguris: qua naturalem diuinationem in suã significationem interpretatur, unde Cicero in libro de legibus, sacerdotũ genera duo esse dicit, unum, quod præsit ceremoniis & sacris, alterum quod interpretatur fatidicorum & uatum effata incognitaq́. Diuinationis erant tria in auibus. Nam aliæ uolatu, aliæ cãtu, aliæ gustatu futura prædicebant. Infelicem enim conflictum in Numantinis, in Mancinum illatum prædixerunt pulli, qui escam non acceperũt, sed ex cauea euolauerunt.

Auspicium uero differt ab augurio, quandoquidem augurium fit proprie auium garritu, ac uoce dumtaxat, auspicium autem ab auiũ uolatu. Nonius uero Marcellus docet. Auspiciũ esse auiũ inspexioné. Augurium uero rerum omnium coniecturam.

Aruspicium ex uictimis in ara inspiciendis fiebat.

Extispices uero dicebantur ab inspiciendis extis.

Omen est intentio auspicantis, qua auspicans ipse aliquid, quod sibi occurit, ut augurium accipit: diciturq́; bonum, & malum omen, ut apud Liuium non semel legitur. Cum procis necem machinaretur Vlysses, præcatus est Ioue͂, ut duplex illi signum daret, quo id quod animo cõceperat perfectum iri certo sciret: cui ilico intonuit Iuppiter, & puellam in ædibus pistrino adductam deos rogantem sensit, ut non diutius eo die in Vlyssis domo comederent proci, quod Vlysses pro omine accepit, nec defuit rei euentus, siquidem eo die ab Vlysse, & Telemacho ad unum cæsi sunt.

Præsagium aute͂ communius est. Omne em̃ animal quod præsagit q̃; oblata res est, dicit̃ præsagire, hoc est, futura ante sentire.

Vaticinium ipsa diuinatio est, quæ ut diximus, aut naturalis, aut artificiaria est.

Ostentum quod statim futuri quicquam ostendat, ut Cometæ, tonitrua, mõstrum, & id genus.

Portentum quod licet naturale sit, raro tamen se

men se ostendit quin futuri aliquid cum temporis interuallo denuntiat.
Prodigium dicitur quod & natura fiat, et sæpe eueniat, semper tamen mali quicq̃ præsagit, ut apud Homerũ odyss. xxi. Nã ubi Vlysses nullo negotio arcum præter omnium procorum opinionem intendisset, quo eos confecturus erat, Iuppiter maximo fragore intonuit, quod prodigium Vlyssis conatus aduersũ procos non irritos fore, ut postea euentus docuit, portendebat. Præterea Græcis certantibus Iuppiter totam noctem tonans, calamitatis prodigium dedit, ut apud Homerum Iliade. xi. cum utraq; acies Græcorum et Troianorum in procinctu staret, Iuppiter præuidens magnam Græcorum cladem sanguinem pluit. Homerus Iliade. xi. uerum placet nobis augurii nomine uti pro his omnibus & pro quibuscunq; aliis, quæ ueteres in futuri significationem retulerunt, ideo de his percurrentes, dicimus de auguriis, primo quæ ex sternutamentis prisci acceperũt: deinde de auguriis, quæ ex

tremo-

tremoribus cuiusque particulæ nostri corporis sumpta sunt, demum de auguriis, quæ ex aliis quibuscunque accepta in futuri significationẽ retulerũt. Nam uulgares in his omnibus esse crediderũt auguria.

Quatuor esse necessaria in auguriis secundum priscorum usum.

SEd quod in auguriis necessaria sint secundum priscorum usum, edoceamus. Credit enim gentiliũ uanitas in auguriorum usu quatuor esse necessaria.

Obiectum, quod præter intentionẽ, hoc est ex insperato auspicantis occurrit, siue sit auis, siue belua, siue sternutamentum, siue tremor, siue res quæuis alia.

Persona auspicãs, cui tale obiectũ ex insperato præter intentionem se offert.

Intentio auspicantis, qua obiectum, quod occurrit in augurium refertur. Et Hora, qua obiectũ, quod præter intẽtionẽ ex insperato occurrit, nulla præcedente ratiocinatione, quasi naturali impetu pro augurio accipitur.

De obiectis

De *obiectis augurificis.*

DE obiectis uero augurificis uariæ apud priscos fuerunt obseruationes. Nã alii sternutamẽtis pro obiectis augura libus utũt, alii tremoribus, ac saltibus par ticulatũ corporis: alii utunt̃ pro augurali bus obiectis, et homine, et auibus, et feris: alii utunt̃ auibus dũtaxat: alii utunt̃ omni eo, quod ex insperato occurrit. Sũt deniq; alii qui obiecta auguralia in .xii. reduxerunt, pro numero .xii. signorum per quæ decurrit Luna mouẽs auguria, de quibus dicemus postea: at nunc satis sit generatim hæc attigisse.

De *persona auspicante.*

DE persona auspicante post hæc differendũ. Mathematici eñ autumant nõ omnẽ hominẽ esse, cui auguria mali, aut boni quicq̃ portendũt, et hãc ob causã nõnulli tradũt personã, cui auguria prædicũt, eã esse, quæ inter alios hoiẽs prærogatiuã habet, nec ab ratione mouentur. Nam si uniuersi ordo, ut putant, auguria mouet, nõ nisi propter hominis bonum

mouere,

mouere uidetur, potissimumq́ꝫ eius hominis, qui cæteris antestat, cum sit magis ab ipsa natura intentus. Accedit quod ex bono, aut malo præeminentis hominis, multorum etiam bonum, aut malũ pendeat. Quare uiris dumtaxat illustribus, qui potentia, aut uirtute, aut diuitiis, aut dominatione aliis præsunt, auguria futura prædicere arbitrantur. Nos autem contraria legimus. Nam deiectis etiam personis, nonnunq̃ꝫ boni quicq̃ꝫ aut mali auguria significasse in libris historiarum comperimus, ob id gentiliũ uanitas omnem hominem arbitrantur posse esse, cui auguria contingunt, modo obiecta augurifica, ut dicemus, pro auguriis acceperit. Deiectæ etiam personæ nonnunq̃ꝫ illustres uiros uirtutibus & studiis excellunt, et ob hanc rem, ut Arist. inquit Ethic. x. à natura ipsa atqꝫ ab ipso deo magis diliguntur. Quare fit ut persona omnis sit apta, ut ea auguria contingant, modo præter rationem, præmeditationemúe ex insperato augurifica obiecta euenerint.

De inten-

De intentione auſpicantis.

QVare niſi perſona auſpicans naturali quodam impetu, obiectum ut augurium ſumat, quod ex inſperato occurrit, nequaquam, ut ſcribunt augures, augurium eſſe poterit, quatenus enim obiectum, quod ex inſperato occurrit, impetu quodam naturali pro augurio accipimus, decernitur ſtellam mouiſſe tum obiectum, ut occurrat, tum mentē noſtram, ut pro augurio illud ſumat. Motus em̄ naturales motu cœleſti regulantur. At cū obiectū impetu naturali nobis occurrat, noſq́ impetu naturæ illud, ut augurium accipiamus, fit ut uterque impetus cœleſti motu reguletur. Eſt autem huic rei nobis exemplo Scipio Africanus, qui cum deſcenderet à nauicula, in terramq́ cecidiſſet, mox occurſum in augurium referens, dixit, Teneo te tellus: non enim augurium fuiſſet, niſi naturali quodam impetu à Scipione ominante id in augurium relatum fuiſſet.

Inſuper cū, L. Paulo Macedonicū bellum

ſenatus extra ordinē decreuiſſet, et ea ipſa die domum ad ueſperas rediiſſet, filiolam ſuā Tertiā, quæ tunc erat paruula, admodum oſculās animaduertit triſtiorē: quā cū interrogaſſet, quid ita triſtis eſſet, pater inquit Perſa periit, tunc ille arctius puellā complexus, accipio, inquit, mea filiola omen, erat aūt mortua catella eo nomine, quam puella habuerat in delitiis. L. autem Paulus omen accipit Perſā Macedonum regem, aduerſus quem ſibi decreta fuerat prouintia, eo bello periturum, quod & factum eſt.

Præterea intentionem eſſe neceſſariam in auguriis declarat caput humanum inuentum in Tarpeio delubro, cuius fatum uolens in Hetruriam transferre Olenus Calenus celeberrimus uates, interrogauit legatos Romanos, hic caput inuenimus, quod tranſlatum fuiſſet in Hetruriam ni præmoniti à filio uatis legati reſpondiſſent, non plane hic, ſed Romæ inuentum caput dicimus. Hæc ſatis ſint exemplis, ut appareant oſtentorum uires.

è noſtra

è nostra potestate esse, ac prout quæq; accepta sunt, ita ualere. Hæc Plinius lib. 28 capi. 2. Patet itaq; nullũ obiectũ nobis posse esse augurificum, nisi naturali impetu ex eo omen sumpserimus.

De hora electa qua obiectum augurificum in augurium refertur.

ET cum per uerum tempus Astronimi, uerum eius stellæ locũ inuenire docent, quæ in causa est, de tempore dicamus. Nõnulli itaq; uerum tempus autumant, quo obiectum augurificum ex insperato nobis occurrit. Nam eo tempore uidetur obiectũ ab ea stella moueri, quæ in causa est. Alii peritiores arbitrantur uerum tempus esse id, quo persona, cui occurrit, naturali impetu obiectũ pro augurio accipit. Siquidẽ hæc pronũtiatio, quæ ori hominis inconsulto incidit, cui obiectũ occurrit, attendenda est. Nam, ut Plinius inquit, hoc est illud, quod primo in augurio dicitur omen, quo diuino fauore euenire credidit gentilium uanitas. In nonnullis uero omen atq; obiecti occur-

ſus eodem momento temporis accidunt, nec ob aliam cauſam quidé niſi quia cœleſtis ſtella fortiter mouet utriuſq; naturã, ſimulatq; utramq; impellit. Ex his licet deducere nihil nobis poſſe eſſe augurificũ, niſi nos ex illo naturali quodam impetu boni quicquam aut mali futurũ eſſe ominemur. Cum enim ſic ex illo inconſulto ominabimur, naturali motu moueri uidemur, motus autem naturæ, ut Theophraſtus, & Themiſtius tradiderũt, ab intelligentia non errante eſt. Intelligentia uero nos mouet, influẽte cœli motu. Quare inſperata illa ominatio nobis argumento erit, ut augurificum illud naturale ſit, non omnino temere, ac caſu eueniens, huic rei nobis argumento eſt Deiotarus Ciliciæ rex, qui cũ aquilam uidiſſet declinantem in tectum ab eius uſu quam primum abſtinuit, ex ea omen ſumens, ſequenti uero nocte, corruit tectũ. Patet itaq; nihil nobis poſſe eſſe augurificum, niſi ex illo impetu quodam naturali omẽ ſumpſerimus. Hactenus de hora electa, per quæ

patet

patet auguriũ pro uno esse accipiendum, etiã si pluries acciderit, donec contingat luna tenente idem signum, omnia enim eandem uim habent.

De tempore quo euentus erit.


COnsequenter uero de tempore, quo euentus erit dicamus. Tradũt Astronomi, euentus quos augurium portẽdit, bifariam esse, aut qui breui tempore euenire possũt ut infra horam, aut diem, ceu aduentus hospitis, uel amici obuiatio, et id genus, aut qui nec infra diem, aut horam, sed infra mensem, aut annum contingere possunt, ut bellum, mortalitas, et cætera id genus. Cum igitur breui tempore euentus esse potest, auspicandum est ipsum fore antequam luna exeat signũ, per quod peragrabat eo tempore, quo omen emersit. Sin autem breui tempore esse non poterit, censent eum fore antequam luna duodecies peragrauerit id signum, quod ominis tempore tenebat, hoc est infra annum. Vt si ominis significatio fuerit de Pontificis, aut Præsulis aut

Patriarchæ,aut Regis morte,hanc euenire putant antequam luna duodecies peragret signum,quod ominis tempore tenebat. Hæc de temporibus. His declaratis superest de auguriis & sternutamentis dicere,quæ gentiliũ uanitas credidit esse certa.

De sternutamentis augurificis

ARistoteles tãtus in doctrina uir,de sternutamẽtis loquens,in libris de historia naturali,asserit sternutamentum augurale signum esse sanctũ,& sacrum, ubi Penelope conqueritur de damno ac iniuria, quam proci familiæ suæ inferebant,adiiciens horum omniũ originem esse Vlyssis mariti absẽtiam,qui si rediret, facile unà cum filio Telemacho iniuriam rependeret,hæc ubi dixisset,Telemachus ilico tanto strepitu sternutauit,ut tota domus insonuerit,quod interpretata est Penelope procorũ cædem significare. Sternutamentum esse sanctum & sacrum Homerus tradit,odyss.6.ut Plutarchus refert in uita Homeri.idem Theocritus in Helenæ Epithalamio scribit,hinc gentiliũ uanitas

nitas superstitiones non paucas in sternu=
tamentis considerant, tradunt enim gen=
tes plurimæ, cogitāti aliquid agere, si duo
aut quatuor sternutaméta cōtigerint, au/
gurale esse, in bonū finem rem agendam
deduci: sin autem quis plusquam quater
sternutauerit, nec in bonum, nec in ma=
lum retulerunt prisci. Si quis uero semel,
aut ter sternutauerit, omnia omittat & di=
cere & facere, tradunt enim in bonum fi=
nem nec cito, nec facile ré uenire. Si duo
simul sternutauerint, quæ agere delibera=
uerunt, prosequantur, tradunt enim pro=
sperum esse augurium, tam in agédis per
mare quam per tellurem. Si duo simul bis
sternutauerint, prosequantur quod cœpe=
runt, optimum enim esse augurium tra=
dunt & in agendis & dicendis. Si quis de
nouo in aliquem locum uenerit, et semel
sternutauerit, in bonum finem rem dedu
cet, quā agere proposuerat. Sernutamen=
tum nocte factum alicui eorū, qui in do=
mo sunt, lucrum portédere asserunt, duo
uero, damnū, de significatione uero eum



participare asserunt qui nocte sternutat. Duo sternutamenta omni nocte facta, ab aliquo eorũ qui in domo sunt, aliquam de domo personam moriturã, aut in domo damnum, uel maximum lucrũ portendere tradunt. Aegyptii quoq; dixerunt, cũ quis de nouo domum inhabitare cœperit, & domum intrando semel sternutauerit, secure eam inhabitet, sin autem bis, nequaquam eã ingrediatur. Homine in suo lecto iacente, si uigilauerit, sternutauerit'q; semel, malum portenditur, quoniam aut morbũ, aut damnum, aut aliquid tale enuntiat: quod si dormierit, & ilico expergefactus sternutauerit, longe peius. Nam uel grandem tristitiam, uel mortem personæ, uel impedimentũ grauissimum aut rerum amissioné præsagit: sin autem aliquis in lecto iacendo, euigilando'q; bis sternutauerit, aliquid boni assequetur, quoniam aut lucrum, aut sanitaté: si ægrotauerit, quod si dormiebat, longe melius attinget. Verum si omni nocte usq; in tertiam quis sternutauerit bis, tunc ad optimum

mum proficiſcetur, quoniam uel in lucrum, uel in honores. Si quis pro tota, aut pro parte diei negotiando, agendóq; peregrinatus ſit, & in aliquo hoſpitio requieuerit, biſq; in eo loco ſternutauerit, locum mutet, nam in alio hoſpitio, ad quod ſe permutauerit, proſperabitur, manés enim in priori, damnum patietur. Cum quis aliquem locum petierit cauſa agendi rem aliquam, & mox ſemel ſternutauerit, confeſtim ex illo loco diſcedat, in alio enim loco pro parte proſperabitur: quod ſi bis ſternutauerit, tute poterit res ſuas ex illo priori loco in alium permutare. Si quis pacto rei alicuius conſtituto, ſemel ſternutauerit, pro certo habent pactum eſſe firmum. At ſi ter ſternutauerit, pactũ erit infirmum. Si quis die lunæ ſummo mane, cum de lecto ſurget, ſemel ſternutauerit, tota ea hebdomada in lucro, aut in alia re proſperabitur. Contra uero ſi bis. Si quis perdiderit equũ, aut anulũ, aut rẽ quamuis, et exeundo domũ, ut rem illã quærat, ſemel ſternutauerit, rẽ amiſſã recuperabit.

At si bis, nunquam rem inueniet. Die uero dominica, cũ si quis è lecto surgens, ter sternutauerit, bonũ, semel uero, malum assequetur. Ante prandium uel cœnam, cũ quis comedere cœperit, bis sternutauerit, bonum, semel uero malum inueniet. Tradit Ari. & medici probarunt, ægris uiris de uita diffidentibus unum sternutamentũ superueniens, mortale esse, binum autem salutare, mulieribus autem cõtrà, nam unum salutare, binum uero mortale est. Peragranti syluã, bina sternutamenta superueniẽtia, euasionem à latronibus nunciant, unum uero, malum. Hæc sunt quæ de auguriis ex sternutamentis sumptis scribũt Aegyptii, sunt & alia, quæ omitto, cum longe uaniora uideantur iis, quæ diximus.

De saltibus tremoribusq; cuiusq; particulæ corporis auguralibus.

POst hæc de iis auguriis disserẽdũ est, quæ Melampus Hierogrammateus ex tremoribus saltibusq;, qui in hominũ menbris fiunt, collegit, opinatus enim sal-

tus mem

tus membrorum augurales esse, quod eti-
am Theocritus probauit, initio nobis sūp-
to ab ipsius capitis apice. Nam si apex ca-
pitis tremuerit, tristitias, ac molestias præ-
sagit, aut longum iter futurum, seruo ta-
men iniurias, uirgini uirum, uiduæ tristi-
tias: secundum alios autores, malorum
occursum decernit, uirgini nuptias, quo-
niam, ut dicunt, Iuppiter ex suo apice Mi-
neruā genuit: uiduæ quoq; similiter nup-
tias: diuiti damnum, ac insidias: militi fe-
licitatē, nautæ tempestatem: in apice ue-
ro suo, qui tempestatem patiuntur, super-
stites erunt. Caput uero si concutietur
aut si capilli erecti fuerint, aut si in aliquo
tempore horreant, multo tēpore constan-
ter insidias indicāt, aut ab amico aliquo,
aut consanguineo damnum portēdunt,
seruo autē ægritudinem, uirgini uitupe-
rationem, uiduæ iniuriam, pauperibus,
& iis qui indigent, bonum ominantur.
Diuitibus imbecillitatem, ac uitæ insolen
tiam. Aegroto uero uitam. Aliter tradunt
alii, dicunt enim caput, si tremuerit, ma-

lum multo tempore duraturũ enuntiat, seruo mortem, hero, ac uiduæ damnum. Aliis personis subiugationem, & rursus libertatem indicat. Si totum caput salierit, mortem præsagit, aliis multa bona enunciat. At si pars capitis posterior usq; ad concauum, plerumq; inimicum, & insidias, & peculiarem mortem, reliquis uero aduersitatem, seruo bonum, uirgini uirum bonum, uiduæ ægritudinem, diuiti periculum, agricolæ laborem significat. Si uero dextra capitis pars, bonum ominatur, seruo gaudium & libertatem, uirgini uituperationem, uiduæ bonum, uidualitatis suæ perseuerãtiam. Sin autem sinistra, damnum, seruo domus mutationẽ, uirgini uituperationem, uiduæ contumeliam. Post hæc de cerebro. Nã cerebrum saliens bene ualenti morbum, ægrotanti sanitatẽ, augumentũ corporis et uictum denotat, sterili uero, filiũ, et gaudiũ, exuli peregrinationẽ, et reditũ in patriam, militi uero, et nautæ capitis periculũ. Deinde de fronte. Si enim frons tremuerit, in res

puden-

pudendas ac uituperabiles incidere signi-
ficat, seruo domini mortem, uirgini insi-
dias, uiduæ damnum. At si dextera fron-
tis pars, magnitudinem potentiæ præsa-
git, seruo iniuriam, uirgini cõsilium. Sin
autem sinistrã, plerumq; malum, et luctũ
significat, seruo utilitatem, uirgini nupti-
as, uiduæ uituperationẽ. At si frontis me-
dium, luctum, seruo malum, uiduæ iniu
riam, uirgini utilitatẽ, aliis personis, om-
nibus bonum enuntiat.

De temporibus autẽ. Si enim temporum
tremitauerit dextrum, semper bonũ enun
tiat, seruo aũt inæqualitatẽ, uirgini conui
uium opportunum, uiduæ peregrinatio-
nem, & utilitatem. Si sinistrum, semper
bonum, et inopinam utilitatem præsagit,
seruo inæqualitatem, uirgini nuptiarum
impedimentũ, uiduæ, bonũ. De super-
ciliis. Nam si dextrum superciliũ salierit,
ægritudinem breuem, et non multo post
illã opulentiã enuntiat, pauperi uero diui
tias, seruo bonũ, uirgini uituperationem,
uiduæ iniuriã. Si sinistrũ, multa inopina

bona

bona significat,ac felicitaté,ex qua fidem habebit.Si medium,quod est inter supercilia,ut Melampus & Phœmon asseuerunt,omnibus malum præsagit,seruo tamen bonum,uirgini consilium,'uiduæ utilitatem. De oculis post hæc dicamus. Si dexter oculus salierit,ut Phæmon et Melampus & Antiphon,& Aegyptii tradiderűt,portẽdit subditos inimicos fore,et peregrinationes.Si dextri oculi superior palpebra, acquisitioné omnino,secundum uero Antiphonta negotiationem,& sanitatem significat,seruo insidias,uiduæ peregrinationem: sin autem palpebra inferior,lachrymas enunciat,seruo bonum, uirgini iniuriam,uiduæ subiugationem. Si angulus dextri oculi tremuerit, pauperi iniucunditatem,seruo bonum,uirgini periculum, uiduæ inhonorationem,atque inimici peregrinantis reditum.Si sinister oculus quatitur,aduẽtum hospitis maxime dilecti,aut futurum iter denunciat,& si aliquis ab ipso fugiet,eű per longum iter inueniet,et spé mulieribus etiam

signifi

significat, pauperi uero iter in bonũ, aliis multum laborem, & parũ possidere præsagit. Si sinistri oculi superior palpebra salierit, pauperi acquisitionem & opulentiam significat, seruo insidias, uirgini uituperationem, uiduæ bonum, diuiti conuiuium, agricolæ & uenatori auxilium et utilitatem, militi fœlicitatẽ: si sinistri oculi dexter angulus salierit sanitatem & salutem ominatur: si uero sinister, omnia bona significat: si inferior sinistri oculi palpebra, iniucunditatem, seruo calumniam, uirgini incorruptibilitatem, uiduæ iniuriam. De naso post hæc. Si dextra pars nasi salierit, ut Melãpus inquit, iniucũditates fugere significat, seruo utilitatẽ, uirgini consiliũ, uiduæ subiugationem. Sin autẽ sinistra, inopina bona enuntiat, seruo auxiliũ, uirgini consilium, uiduæ subiugationẽ. At si nasi medium, tristitiã, seruo iniucunditatem, uirgini nuptias, uiduæ uituperationem: & si totus nasus, sẽper inopina bona præsagit. Si extrema pars sinistræ partis nasi quatitur, damnum, seruo malum

lum pati, uirgini uituperationem, uiduæ calumniam. Si extrema daxtræ partis, utilitatem significat, seruo uero, uirgini, et uiduæ iniucunditatem. Si medium ambarum partium extremarum naris tremuerit damnum ac iniuriam, seruo bonam considerationem, uiduæ, auxilium.

De malis autem Melampus inquit. Si dextram quatitur, inopinam iniuriam præsagit, seruo bonum, uirgini iniuriam, sinistram uero, semper bonum, seruo longam peregrinationem, uirgini uituperationem, uiduæ utilitatem. Postea.

De labiis. Si superius labrũ salierit, discrimen, et uictoriam significat. seruo bonũ, uirgini lucrum. Sin autem inferius, utilitatem: secundum uero Aegyptios operis damnũ. Et de Maxillis post hæc. Nam dextra si salierit, utilitatem significat, seruo fidem œconomiæ adhiberi, uirgini ægritudinem, uiduæ uituperationem. Sin autem sinistra, tristitiam in re parua enũtiat. seruo utilitatem, uirgini uituperationem, uiduæ bonam considerationem.

De genis

De genis. Si dextra quatitur, bonam loquelam significat, seruo uadum, uirgini consilium, uiduæ utilitatem. Sin autem sinistra, malum pati significat, seruo morbum, uirgini iniuriam, uiduæ iniucunditaté. De auribus dicamus. Si dextra auris salierit, aut resonuerit in aliqua re gaudium significat, seruo autem bonam locutionem, uirgini acquisitionem, uiduæ bonum. Si auté sinistra, sublime aliquid fieri significat, seruo uero rerum magnarum aggressum, uirgini uituperationem, uiduæ diminutioné. At si iterior pars dextræ auris salierit, malũ signũ esse affirmãt, sinistræ auté, audiet aliquid, nõ tamen ex illo lætabitur, uerũ seruo bonũ enuntiat. Et de mento. Nã si menti pars dextra salierit, bonorum acquisitioné omnibus significat. Sinistra uero et bonam spé, et bonum omnibus enũtiat. At si totum, nimiam senectutem præsagit,

De palato uero. Si palatũ salierit, bonam in domo locutionem, & si sinistra pars etiam bonum, contra autem si dextra.

De den-

De dentibus autem tradunt: si dentes tremuerit, discordiā, etiam bonū enuntiare. De ore uero dicunt, si os quatietur, uideri aliquem post multū tempus quo utetur præsagire. De corde dicūt, cor palpitare bonum omnibus portendere, secundum alios hilaritatem uel amici insidias, seruo tamē libertatem, uirgini pigritiam, uiduæ ac militi bonam locutionem, mercatori negociationem.

De collo: dextra pars colli si salierit, libero homini timorem, seruo ægritudinem: cæteris omnibus bonū, si sinistra tremuerit.

De gutture, si dextra pars gutturis quatitur, bonam locutionem significare affirmant, seruo uero ac libertino lucrum: at si sinistra pars, fugam iniucunditatis omnibus significat, aliis liberā gloriam, seruus mala audiet, militi nummorum acquisitionem, uirgini iniucunditatē, gubernatori nauis, laudem.

De iugulo, si dextra iuguli pars tremuerit, bonū significat, seruo tamē cogitationes, uirgini procacitatē, uiduæ laborem, militi cogita=

cogitationis priuationẽ, sin autẽ sinistra, maligni quicquam, seruo ornamentum, uirgini uirum, uiduæ bonam locutionẽ, cæteris autem non bonum: secundũ alios significat īsidias, iis uero, qui in angustia sunt malorum constantiam, seruis ægritudinem, uirgini conuiuium, militi lachrymas, mercatori restitutionem, gubernatori nauis bonum nauigium. Sin autem sinistra, liberto iniucunditatem, seruo ægritudinem militi submersionem, mercaori damnum, gubernatori tristitiam, mulieri iniucũditatem: secundũ alios, uiatorum damnum, seruis tristitias, cæteris omnibus bonum, et conuiuium.

De humeris. Si dexter humerus salierit, utilitatem significat artifici manuali opus, seruo utilitatem, & mortem sui domini, uirgini nuptias, uiduæ lucrum, mercatoribus utilitatem, gubernatori bonum iter, mulieri gaudium significat. Sin autem sinister, insidias à muliere illatas, sed salutares portendit.

De brachiis. Si bracbium dextrum tremu

erit, filiorum, ac nummorũ acquifitionẽ prædicit, mutuantibus uero damnum, feruo fidem rerum magnarũ, uirgini fubiugationem, uiduæ utilitatem. Si uero fi niftrum auxiliũ à propriis perfonis enunciat, feruo uero libertatem, cæteris aliis perfonis triftitiam.

De cubitis. Dexter cubitus fi falierit utilitatem enuntiat, feruo difficilem libertatem, uirgini uituperationem, uiduæ iniuriam. Sin autem finifter, damnum ab aliqua perfona fignificat, feruo felicitatem, uirgini ignominiam, uiduæ iniuriam, cæteris aliis bonam locutionem.

De ulnis. Si dextra ulna falierit, damnum fignificat, feruo bonam locutionem, uirgini indigentiam, uiduæ iucunditatis priuationem. Sin uero finiftra, iucunditatis priuationem, feruo abundantiam, uirgini ac uiduæ bonam locutionem.

De manibus. Si dextra manus falierit, utilitatem. Siniftra uero, fidei obferuantiam præfagit. Si dextræ manus iunctura, nũmos quos alicui debet, reddere fignificat,

amplius

amplius et in paupertate esse, et breui tem pore uiuere, et hoc in omnibus significat uerũ, ut referunt augures Aegyptii, malũ præsagit, seruo rẽ perdifficilẽ, uirgini nuptias, uiduæ peregrinationẽ. Sinistræ, autẽ insidias propter aliquã rẽ, postremo tamẽ iuuabit: secundũ alios ægritudinẽ, seruo bonũ, uirgini consiliũ, uiduæ utilitatem.

De pollice. Si dexter pollex palpitauerit, bonum significat, seruo bonam locutionẽ, uirgini nuptias, uiduæ raptũ. Sinister remissionem uitæ, seruo libertatem, uirgini iniuriam, uiduæ utilitatem. Si obliqua pars dextræ manus salierit, in flagitiosas res incidere, ominatur, seruo facultatẽ uirgini bonũ, uiduæ malũ, aliis expulsiones uoluntarias enũtiat. Sin autẽ sinistræ obliqua pars tremuerit, seruitutẽ pati aqud homines, seruo transmutationem uitæ, uirgini bonum, uiduæ bonam locutionem, aliis lucrũ portendit. Si mediũ dextræ manus, hoc est cõcauũ, utilitatẽ, secũdũ alios lucrũ rei alienæ, seruo iucũditatis priuationẽ, uirgini consiliũ, uiduæ luctũ. Sin autẽ

ſiniſtræ, felicitatem magnam, & ſupra ini
micos dominium, ſecundũ alios inimi-
cos exuperare præſagit, ſeruo requiem, uir
gini iniuriam, uiduæ nuptias. At ſi ſupe-
rior pars dextræ manus ſalierit, laborem
enuntiat, ſeruo moram, uirgini moleſti-
am, uiduæ utilitaté, aliis uero inopinum
damnum. Sin autem ſuperior dextræ, bo
num ominãtur, ſeruo autem calũniam,
uirgini ignominiam, uiduæ ab infirmi-
tate ſalutem, aliis fugam moleſtiæ, à muli-
eribus ſeditionem, ſeruo requiem ſeruitu-
tis, uirgini moleſtiam, uiduæ ignomini-
am, militi lachrymas, mercatoribus red-
ditum, gubernatori bonum nauigium.
Si medium humerorum ſalierit, ſ gnifi-
cat multis hominibus dominari et ſeruis,
& liberis. Tradunt Aegyptii ſi humerus ſi
niſter ſalierit, in aduenis dementiam omi
nari, mutuantibus debitorum redditum
fieri, ſeruis ac latronibus transgreſſionem,
uirgini ſegnitiem, uiduæ periculum, mi-
liti gaudium cum lucro, cæteris autem la-
bores. Si autem medium humerorum fa
cultatem

cultatem nuntiat, ſeruo malum, & gratiarum actionem, uirgini iniuriam, uiduæ calumniam, Si extrema pars dextri humeri, liberto bonam temperiem, ſeruo malorum requiem, uirgini procacitatem, uiduæ hilaritatem, militi periculum.

De digitis. Si digitus paruus dextræ manus ſalierit, maioris fidei dignitatẽ enuntiat. Quoniã Mercurii, ut dicunt, digitus eſt, aliis ſterilitatẽ, ſeruo calumniã, uirgini ignominiã, uiduæ iniuriã. Si ſecundus digitus poſt paruũ dextræ manus, qui græce dicitur παρὰ μέσος, dominium multorum nummorum ſignificat, eſt enim, ut dicunt, Solis digitus, aliis multorum bonorum acquiſitionem, ſeruo malum, uirgini conſilium, uiduæ gaudium. Si tertius digitus dextræ manus, hoc eſt, medius, inuidias et nugas ominatur, Saturni enim digitus eſt, alii autem gloriam aduenire præſagit, ſeruo ſubiugationem, uirgini morbum, uiduæ utilitatem. Si quartus dextræ digitus ſalierit, damnum cum contumelia enuntiat, Martis enim, ut nõ

nulli tradunt, est digitus, aliis nocumentum, liberto incisionem, uirgini lucrum, uiduæ utilitatem. Si ultimus digitus qui ἐυτίχεις dicitur salierit, multorum bonorũ acquisitionem significat, & in filiis & uxoribus gaudium, est enim ut aiunt, Veneris digitus, seruo bonũ, uirgini uirum, uiduæ utilitatem.

lex Veneris est icitur

De unguibus. Si ungues dextræ manus salierint, inopinũ lucrum præsagit, seruo bonam locutioné, uirgini procacitatem. Si unguis parui digiti dextræ manus salierit, malum pati enuntiat, seruo filium, uirgini uirum, uiduæ laborem. Sin autem secundi digiti unguis salierit potestaté ominatur, seruo domini mortem, uirgini ignominiam, uiduæ bonum. Si uero tertii & quarti, tristitiam narrat, seruo bonum. Si uero magni digiti, augumentum uitæ enuntiat. Si paruus digitus sinistræ manus salierit, multa bona omnibus præsagit. Si secundus, tristitiã & responsionem à magnis personis, seruo qui est in fide incusationem. Si medius, tristitiã per propri

am rem

am rem, & augumentum uictus, et filiorum, et nummorũ. Si autem magnus, antiquam destructioné euenire ominatur. Si ungues sinistræ manus, utilitaté cum aliqua difficultate præsagit.

De uberibus. Si dextrum uber tremuerit, opus magnum præsagit, aliis bonum nouum. Sin autem sinistrum, diuitias. Si medium inter ubera, signum est bonarum cogitationum. De pectore. Si pectus salierit, conuiuiũ omnibus denuntiat, aliis uero adimplementum discursus, sed cũ timore. De uentre. Si uenter saltauerit, diuiti expensas facere ominatur, pauperi cibũ, aliis bonũ nouũ. De aluo. Si aluus salierit, bona enũtiat, aliis filios utiles. Si dextra pars alui, morbũ breui tépore narrat. De iliaca saltatione. Si iliũ dextrũ salierit, peregrinationé portédit. Aliis si sinistrũ, bonũ nouũ, alii negociationé præsagit. De lateribus. Si dextrũ latus palpitauerit, diuiti diuturnã paupertaté, seruo uero facultaté, et gaudiũ præsagit, aliis utilitaté. Si sinistrũ, laborãti bonũ statũ in tota uita portédit.

De ſplene. Si ſplen ſalierit, infirmitatem nuntiat. De epate. Si epar tremuerit, iracundiam mouet.

De iſchio. Si dextra pars iſchii quatitur, domeſticorum, aut amicorum rixã, aliis autem bonũ. Sin autem ſiniſtra pars triſtitiam narrat, aliis inſtabilitatem.

De ſpina. Si dextræ ſpinæ pars palpitauerit, contumeliã. Si uero ſiniſtra, diuiti conuiuium, pauperi laborem enuntiat.

De mentula. Si mentula ſalierit, ſeruo ad Venerem ire portendit.

De teſtibus. Si dexter teſticulus quatitur, filiorum et uictus acquiſitionem ſignificat. Sin autem ſiniſter, conuiuium & utilitatem portendit.

De natibus. Si dextra ſalierit, incorruptionem habenti, negotiationem nuntiat. Si ſiniſtra, diuiti expenſas facere, cæteris bonum. Sin autẽ dextra iunctura coxæ cum natibus ſalierit motum cum felicitate præſagit, cæteris autem bonum. Si ſiniſtra, remotionem triſtitiæ, cæteris uero iucunditatis carentiam.

De in-

De inguinibus. Si dextrum inguen salierit, utilitatem, cæteris autem inimicos exuperare portendit. Sin autem sinistrũ, insidias, cæteris autem iter utile enunciat. Si ea coxæ pars salierit, quæ retro est ignominiam præsagit, cæteris uero temporis tempe riem. Sin autem sinistra pars insidias, cæteris uero facultatem prædicit.

De genibus. Si dextrũ genu palpitauerit, omnibus conuiuium, secundũ alios facultatem prænarrat. Si sinistrum, iniucunditatem maximam denunciat.

De anchis. Si dextra quatietur, iniucũditatẽ. Sin autem sinistra, bonũ nouũ significat. De tibiis. Si dextra tibia salierit rem celeberrimam aut longum iter denũtiat. Sin autem sinistra, uiris tristitiam, mulieribus ignominiam, cæteris autem infirmitatem portendit.

De plantis pedum. Si dextra salierit, utilitatem & bonũ. Sin uero sinistra, uictoriam in iudicio, & bonum nouũ nuntiat. Si pars interior dextræ tibiæ quatietur, facultatẽ. Sin autem sinistræ, amissionem,

aut laborioſi quicquam narrat. Si dexter tibiæ uter ſalierit, inopina bona omnibus enuntiat. Sin autẽ ſiniſter, mercatoribus incepti itineris bonum finem ſignificat.

De radio pedis. Si dexter radius ſalierit, triſtitiam. Sin autem ſiniſter, iter cũ lucro pronuntiat. De talis. Si dexter talus, curam, & iniucunditatẽ. Si ſiniſter ſalierit, idem prædicit.

De calcaneis. Si dextrum calcaneum palpitauerit, iter bonum. Si ſiniſtrum, idem ſimili ratione ſecundum Aegyptios.

Concauum utriusq; pedis iter bonũ nuntiat, ſecundum tamen alios concauum dextri pedis, iter utile, quo nullus iuit, enũtiat. De marginibus pedum. Si dextra mar
πέλμα denotat plantam pedis
go, quæ græce Pelma dicitur, ſalierit, iter. Sin autem ſiniſtra, diuturnam peregrinationem prædicit. De obliquo greſſus. Si obliquũ greſſus dextri pedis, quod eſt in externa parte palpitauerit, debilitatẽ. Si uero ſiniſtrũ, bonum nouum nuntiat.

De digitis. Si paruus digitus dextri pedis palpitauerit, utilitatẽ. Si ſecũdus, negociũ.

Si tertiæ

Si tertius, bonũ, seruo peregrinationem, uirgini iniuriam, uiduæ conuiuium. Si quartus, peregrinationem, seruo uero & uirgini damnum, uiduæ morbum, aliis utilitatem. Sin autem magnus, peregrinationé enuntiat, seruo autem cõditionem, uirgini nuptias, uiduæ hilaritatem.

De unguibus dextri pedis. Si ungues dextri pedis salierint, aut formiculauerit, mollitiem, seruo ualitudinem, uirgini ac uiduæ nuptias prædicit. Si unguis parui digiti, bonũ. Si secundi peregrinationem, bonam. Si tertii, iniucunditatem, Si quarti, utilitaté. Si quinti, bonum enarrat. Si paruus digitus sinistri pedis quatitur, bonum, seruo mutationem heri, uirgini iniuriam, uiduæ conuiuium. Si secundus digitus, bonam peregrinationem, seruo letitiam, uirgini consiliũ, uiduæ subiugationem. Si medius, iniucunditatem, seruo utilitatem, uiduæ iniucunditatem. Si quartus, utilitaté ab amicis comparatam, seruo morbum, uirgini nuptias, uiduæ calumniã. Si magnus, magna bona, seruo

facultaté, uirgini futuras, nuptias, uiduæ utilitaté. Si ungues sinistri pedis salierint, aut formiculauerint, diuiti iniucunditatem, pauperi diuitias, seruo damnum, uirgini consilium, uiduæ ignominiam, pronuntiat. Si totú corpus quatitur, nonnullas dies custodiri portendit, seruo insidias non fieri, uirgini periculum non fieri significat. Hæ superstitiones sunt, quas in tremoribus qui fiút in corpore nostro, obseruauit Melampus Hierogrāmateus, & post ipsum Antiphon, & Phimonoes augures, qui acceperunt ab Aegyptiis, ut scribit Melampus, quarum uanitatú nullam neq; ueram, neq; coloratam causam tradiderú t, sed obseruationibus dumtaxat superstitiones huiusmodi probarunt, contra quæ sequenti libro dilucidissime insurgemus. Hactenus de tremoribus auguralibus.

De rebus auguralibus quæ proprijs naturis ferunt augurium hominibus secundum historicos.

Post

POst hæc de rebus differendū est, quæ suis naturis bona, uel mala auguria hominibus ferunt. quorum autores fuerunt, Caras, Orpheus, Amphiaraus, Tyresias Thebanus, Amphiction, qui primus etiam & ostenta, & somnia interpretatus est, nec omnia quæ dicuntur, enarrare intendo, cum sint innumera, sed quædam duntaxat pro exemplis, cum nostra intentio non sit hæc probare, sed potius refutare. Illud tamen præsciendum est, Romanos tantam fidem auspiciis tribuisse, ut nec magistratus constituerent, nisi auspiciis monentibus, & propterea ut Messala tradit, magistratus alii minores, alii maiores habebantur, quod minores minoribus, maioes maioribus auspiciis crearentur, quod Gellius exponit lib. 13 capite 14. Festus Pompeius scribit quinq; genera signorū obseruasse augures, ex cœlo, ex auibus, ex bipedibus, ex quadrupedibus, ex diris. Ex auibus, illas appellabāt funebres, quæ in auguriis aliquid fieri prohibebāt: oscinum augurium à cantu auium, osci-

nes aues auſpicium ore facientes, ſupernã caneam dicebant auem, quæ ex ſummo acumine uocē emittebat. De auibus itaq; tradidit Ariſt. libris de animalibus. Vultures augurales eſſe, nam, ut Pli. inquit libro 10. cap. vi. triduo aut biduo uolare eos ante, ubi cadauera futura ſūt. Experientia probatum eſt, quod in excidio Troianorum ita fuiſſe meminit Ariſt. in auguriis. Vulture plurimum utebantur Romani, quia Romulo in condenda urbe, 12. apparuerunt, uel quia, ut Herodotus, uultur nemini nocet animali, quæ niſi cadauera comedit. Hylas augur tradit, augurales aues eſſe Noctuam, Bubonē, Aſionem, qui Otos dicitur, quod aures habeat plumis eminētes. Picum arbores cauantē. inter has Sanqualē, & Immuſſulum, Maſſurius, et Mutius Romani enumerauerunt, quid uero ſit, ſanquales, quidue immuſſulus, exponit Pli. li. 10. cap. vii. Augurales aues ſunt genus accipitrum uniuerſū potiſſimum, Aquila. Coruus, Cornix, Palumbus, Cygnus, Gallus, Gallina, & inſecta quæ uolant, ut

lant, ut Apes, Formicæ, Locustæ, de qui-
bus Appion scribit diffuse. Vulture au-
tem ideo in auguriis utebantur potissimū
Romani, quia rarissime conspicitur, non
enim facile quispiam uulturis nidū offen
dit, derepente enim & inopinato aduo-
lat, quo fit ut eorum aspectus semper ali-
quid significet. Aristoteles, & Plinius, sem
per in malum retulerunt. Romulus uul-
turibus duodecim in condenda urbe in
bonum usus est: simili ratione Hercules,
ut scibit Herodotus, in omni re incipien-
da delectabatur uulturis aspectu, quem ex
omnibus auibus, quæ carnibus uescun-
tur, iustissimam iudicaret. Verum com
munis hominum opinio est, uultures in
exercitibus gregatim uolantes esse futuri
excidii præsagium. Vultures enim &
Aquilæ ultra maria cadauera sentiunt, al
tius enim uolantes, quæ multa monti-
um obscuritate celantur, ex alto conspi-
ciunt, & non modo præsentia uerum
etiam, ut Plinius inquit, biduo aut tri-
duo futura. Agmen etiam, coruorum
in fu-

in futurum excidium retulerunt augures. Apud Indos eni quædã regio est, quæ dicitur nũc Pharcelos, ubi coruorũ magna multitudo periit, ad quã quũ postea rediisset, longe maior multitudo, desolationẽ regionis, & hominũ significauit, qui ibi incolebant, destructionẽ. De Valerii Coruini coruo plana est historia, fuit enĩ Valerio bonum et felix augurium, adeo, ut ab eo diceretur Coruinus. Vnde breuibus narrant omnes qui de auguriis scribunt auium, quæ uescuntur ex cadaueribus, ut Vultures, Aquilæ, Cornices, Gracculi, Milui. Agmen cum in aliqua regione apparuerit, ac per aliquot dies ibi sederit, esse futuri excidii signum. In superiore Sueuia, prope castrum Risum, magnũ coruorum agmen sedit, ubi muros oppidi ac domorum corrodere uisum est, non tamẽ illinc recessit, quin loci dominus obierit, & alii plurimi, qui oppidum incolebant. Tradit Appion, Aquilam esse aliquando prospetam, ac secundam, dum se hilarem ostendit, ex dextris in sinistrum aduolans, præ-

fertim ludens, ac in iucunditate manens, afferit enim eam sic uolantem tantum boni in auguriis præstare, ut nihil supra addi possit, pugnam earum aquilarũ, quæ apparuerunt in oratione Telemachi ad procos, Alithersis apud Homerum heros augurum sui seculi peritissimus interpretatus est, Vlyssem rediturum esse in patriam, atq; procorũ cædem significare. Aquilam cicurem anserem ex uicina aula unguibus correptum, ante currum, quo Telemachus uehebatur, dimittentem, Helena interpretata est Vlyssem longis erroribus circumactum multisq; calamitatibus fatigatũ tandẽ in patriã redıturũ, et supplicio extremo procos omnes affecturum significare. Penelope aquilam, quæ ex insperato in .xx. anseres, quos domi alebat irruit, & omnibus interfectis auolauit, portendere interpretata est Vlyssis reditũ ac procorum necem. Aquilam columbam unguibus ferentem, quæ à sinistro aduolauit, Amphinomus procorũ expectationi insidias non responsuras significare interpre
d tatus

tatus est. Cum græci aquilam humulum pedibus trahentem, & apud aram Ioui Panõpheo dicatam deicientem, in bonum omen accepissent, ita in animum iam in totum collapsum restituti sunt, ut Troianorum magnam cædem ediderint. Aquilam à sinistris aduolantem unguibus anguem ferentem, quæ nimis ei reluctabat, cum ipsam ad pullos ferre nequiret, interpretatus Polydamas dixit, Troianos naues non in totum excisuros portendere: & si Hector auguriis fidem penitus abrogarit. Accipitris uero cuiusq; rapinam in malum retulit, quoniam, ut inquit, rapacitas ominatur proficiscẽtem interemi ab hominibus prædonibus, quod si præda ab accipitris manibus euaserit, proficiscentem euadere putat Appion. Ex accipitribus Circon altero pede claudum, prosperrimi augurii nuptialibus negotiis et pecuniariæ rei Pli. lib. x. cap. viii. esse scribit, circum Apollinis nuntium pedibus colũbã trahentem, quã medio itinere, quod à naui cõfecerat Telemachus, deplumabat,

Theocly

Theoclymenus interpretatus Telemachi genus Nemici in regno administrando, apud Ithacos cessurum prædixit, Triorchi uero qui numero testium dicitur, in auguriis principatũ Phœmone dedit. Cornix, ut Pli. inquit lib. x. cap. xii, auis est garrula quæ non dat auguriũ, uerũ à quibusdã in auguriis laudatur. Corui autẽ in auspiciis soli uidẽtur intellectũ habere significationũ suarum, nam, ut Pli. inquit, eodẽ loco, pessima eorũ significatio est, cũ glutiunt uocem uelut strãgulati. Noctua, et Bubo, Vlula pessimum præbẽt auguriũ, potissimũ in rebus publicis nã deserta incolũt, nec tantũ desolata, sed dira etiã et iaccessa, nec cãtu aliquo uocali, sed gemitu canũt. Capitolii cellã bubo intrauit, Sex. Papellio Istro. L. Pediano cõss. propter quod non. Mart. ut Pli. meminit, urbs lustrata est. De gallinis uero et Palũbibus auguria nõ accipiũt præterquã ex ouis, Liuia enĩ Augusta prima sua iuuẽta Tiberio Cæs. ex Nerone grauida, cũ parere uirilẽ sexũ admodũ cuperet hoc usa est puellari augurio

ouum in sinu fouendo atque cum deponendum haberet, nutrici per sinũ tradendo, ne interimeretur tepor, nec falso Augusta augurata proditur, Imperatoris infoeta. Gallinam cum lauri ramusculo cecidisse feruntin sinum Liuiæ Drusillæ quæ fuit Imperatrix & hucusque seruatum est, ut ex ea lauro Imperatores fuerint laureati. De cygno autem, augurium acceperunt nautæ, aiunt enim hanc auem tranquillitatẽ portendere, quod Aemilius scribit, cũ inquit, Cygnus in auspiciis semper lætissimus ales. Hunc optant nautæ, quia non se mergit in undis. De Gallo uero Plinius lib. x. capite. xxi. Gallis præbet auguria, habere enim ex se ostenta, & præposteros eorum uespertinos cãtus scribit. Cuius causam assignans inquit, namque totis noctibus canendo Boetiis nobilẽ illam uictoriam aduersus Lacedæmonios præsagiuere, ita coniecta interpretatione, quoniam uicta ales illa non caneret. Enumeratur etiam à Romanis inter diuina auguria, nam inuenitur in annalibus in Ari

minẽſi agro. M. Lepido. Qu. Catulo cõss. in uilla Galerii locutum gallinaceũ. Picus etiam in auguriis receptus eſt à Gentilibus, & propter hanc rationem à Saturni filio nomen ſumpſit, qui eo in auſpiciis utebatur, ferunt enim hanc auem aliquid diuini habere, quod in quacunq; arbore nidificauerit, clauum uel quicquid aliud fixum eſt, hærere diu non poſſit, quin ſtatim excidat, ubi illa inſederit. Refert Albertus ſi foramen, in quo picus nidum pullos úe habuerit, peſſulo obduretur, picus ducens herbam quandam, uirture et tactu illius cum peſſulo deobdurat foramen. In capite prætoris urbani. L. Tuberonis in foro iura pro tribunali reddentis ſedit ita placide, ut manu appræhenderetur reſpõdere uates, exitium imperio portendi ſi dimitteretur, at ſi exanimaretur, Prætori, ille aũt protinus concerpſit, nec multo poſt impleuit prodigiũ. Homer. Ill. x. eorundẽ auem eſſe auguralem tradit, nam Vlyſſi, et Theſéo filio exploraturis quid in Troianorum caſtris ageretur, emiſit Pallas trodi

um auem, quæ felicem rei, quā susceperāt, euentū significabat. Receperunt etiā et formicas in augurio, nam Midæ cuius imperio Phrygia fuit subiecta, puero dormienti formicæ in os grana tritici cōgesserunt, parentibus deinde eius, quorsum prodigium tenderet, explorātibus, augures respōderunt, omnium illum mortalium futurum ditissimum, nec prædictio uana extitit, nā Midas cunctorum penè regū opes abundātia pecuniæ antecessit, infantiæ'que in cunabula utili deorum munere donata onustus auro, atque argento gazis pensauit. Insuper et apes, cum enim Platoni in cunis dormienti paruulo apes in labellis consedissent, responsum est illum suauitate orationis fore præclarum. Sunt et aliæ insuper aues, quæ à ueteribus in auguriis receptæ sunt, sed quoniam nostra intentio non est auguria probare, sed refellere, hæc de auibus auguralibus, pro exemplis dicta sufficiant. De beluis autem, multa essent dicenda, uerum pro exemplis pauca referamus, & primo de bufone, est enim bufo rana

so rana terrestris nimiæ magnitudinis, Virgilius, Inuentusq; canis bufo. Hûc undecunq; & quomodocunq; obuium in auguriis felicissimum habuerunt, nam licet solo uisu molestus sit, hominibus tamen nihil feliciores successus enuntiat bufone, auguria enim cum uel numina sint deorũ, multoties per ea, quæ primo aspectu molesta sunt, hominibus deferũtur. Aprũ etiam in malum augurium retulit Melãpus, destructionem enim eorum, quæ agere intendit proficiscens, cum obuius fuerit præsagit. Serpentem in augurium acceperunt Romani. L. enim Sylla, qui profectus in Samium aduersus Nolam duxit exercitũ. Nolani autẽ extra mœnia cũ copiis, et præsidiis posuerunt castra. Sylla igitur cũ deos de pugna cõsuleret, anguis subito apparuit, interrogato aruspice, quid anguis ille portẽderet, responsũ est ut magno animo castra hostium inuaderet, quo facto uictoria potitus est. Præterea apud Homerum Ill. ii. sacrificantibus Græcis ex ara prorepsit serpens in proximã platanũ,

 in quo

in quo octo passeris pullos adhibita matre, quæ nona erat, assumpsit, augurium interpretatus est Calchas, bellū, quod tunc aduersum Troianos Græci susceperant, in nonum annum producendum dixit. Lepus etiam in auguriis receptus est, in exercitu enim Xerxis Persarum Regis, quē aduersus Græcos innumerosum ac propè incredibilem parauerat. Equa leporem peperit, quod turpissimam regis fugam, quæ subsecuta est, significare uoluit, est enim lepus timidissimum animal, in exercitibus semper fugam præsagiens. Receperūt & gentiles in augurium felicissimum Ignem & flammam apparentē, & non modo aues & feras. Vt de flamma Ser. Tul. quæ apparuit circa caput dormiente, & de flamma. L. Mart. legitur apud Valerium libro primo, quare cæteris omissis quæ dici possunt colligitur hæc diuisio, quod auguria alia sint quæ suis naturis mala, aut bona sunt, alia quæ possunt esse bona & mala, pro locis, sitibus, temporibus, & intētionibus quibus apparēt et recipiuntur.

Rursum

Rursum & hæc alia diuisio, quod alia caduca auspicia sint, cum aliquid in templo excidit, alia deuia quæ aliquid fieri prohibebant, alia pedestria, quod dentur à Vulpe, Lupo, Serpéte, Equo, cæterisq; animalibus quadrupedibus, alia piacularia, quod sacrificantibus tristia portédebant, cũ aut hostia ab ara effugisset, aut percussa mugitum dedisset, aut in aliam partem corporis quam oporteret cecidisset, alia pestifera, quod cor in extis, aut caput in iecinore non fuisset.

Opinio Plinij de augurijs quæ possunt esse bona, aut mala.

PLinius uir doctissimus augurii, fidem præbet plurimam. Afferit tamẽ. xxviii lib. capite. ii. ostentis, & auguriis uires inesse, quæ sũt in nostra potestate, quoniã ita ea ualere credidit, pro ut à nobis accipiuntur, nam si accipimus, in bonũ, boni esse præsagii, sin autem in malum, mali affirmat esse. Quod si ea non animaduerterimus, nec in augurium acceperimus, neq; boni neq; mali omina erũt, neq; enim di-

ras aues, neq; ulla auſpicia pertinere ad eos dicit, qui quãq; rem ingredientes, obſeruare ſe ea negauerint hac ratione ſcribit in augurum diſciplina eſſe, nulla auſpicia pertinere ad eos, qui ingredientes obſeruare ea neglexerint.

Opinio Plutarchi Cheronæi de augurijs.

PLutarchus uero Cheroneus libro problematũ, bona aut mala eſſe auguria affirmat, reſpectu ad nos, ſitũq; noſtrũ. Cũ enim res augurifica nobis occurrerit, quam in augurium accipimus, ſitum debemus animaduertere, nã dextra omnia mala ſunt, ſiniſtra uero bona, cauſã affert ex eo quia terrena ac mortalia, diuinis ac cœleſtibus contraria ac oppoſita exiſtimarunt, quare putauit ea quæ nobis ſiniſtra ſunt, deos à dextris dimittere, quæ uero dextra, à ſiniſtra, & cum ea quæ dii nobis porrigunt dextra, in bonum afferant, nã dextram dare, eſt auxilium afferre, fit ut omnia quæ nobis ſiniſtro occurrunt, in bonum à diis dentur, contrà uero, quæ à

dextris

dextris. Dicitur auté res augurifica dextra bifariam, transitu & quiete, transitu quidem, ut si ex parte anteriori res augurifica è sinistris in dextrum transierit, aut à parte posteriori similiter, è sinistris in dextrum, utroqꝫ enim modo dicitur dextrũ omem. Tertio si ex parte posteriori ueñerit & per dextrum nostrum transierit in partem anteriorem: hoc etiam modo augurium dextrum dicitur, iis etiam modis, è contrario tamen dicitur augurium sinistrum transitu uidelicet & motu. Quiete uero, si augurificæ rei quiescenti nos obuii fuerimus, quæ quiescat aut in dextris, aut in sinistris, aut si non quiescat, & uenerit ad nos, & postea quieuerit, aut in dextris, aut in sinistris, omnibus enim iis modis augurifica res dicitur dextra aut sinistra, & semper cum fuerit sinistra in bonum Plutarchus referendam esse arbitratur, cum uero dextra semper in malum.

Aliter & Romani augures positiones differentias assignabant in cœlo, cum enim se in supremam curiæ ueteris partem

recepissent

recepiſſent,ueſtem induti ſacerdotalem,lituum, quæ uirga erat manu tenentes eleuata,ſpatium in cœlo ambitu,quem proſpicerent deſignabant,quatuor differẽtiis, ſiniſtra, ab oriente,dextra,ab occaſu,antica,ad meridiem,poſtica, ad ſeptentrionẽ, dicebant ꝗ reſpectu harum accipi differentias auguriorum.

Opinio Aſtronomorum de efficacia auguriorum.

ASstronomi uero augurificis rebus præbent ſignificationes bonas,uel malas,ex ſitibus cœli, uolunt enim cum homini proficiſcẽti apparuerint,mox eſſe conquieſcendum, eſſeꝗ circa ipſum deſcribendũ circulũ, cuius centrum ſit homo ipſe cui augurifica res apparet,tũc dicũt in deſcriptione huius circuli quatuor eſſe puncta. Ortum, qui ad ortũ mundi uergit,Occaſum, Meridiem,& Septentrionem,qui pro ſitibus mundi deſcribendi ſunt. Aſſerunt itaꝗ Orientẽ eſſe Solis,Occidentem Saturni, Meridiem Martis,Septentrionem Mercurii.Præterea partitiones

eſſe

esse quatuor, nam partitionem, quæ est ab ortu in meridiē, Veneri præbent, eā quæ est ab ortu in septentrionem, præbent Ioui, eā quæ est ab occasu in septentrionem Lunæ, eā quæ est ab occasu in meridiem, capiti Draconis tribuunt.

Meridies.



Septentrio.

Cum igitur augurifica res occurrerit, aspiciendum esse dicunt ad partē in qua quiescit, aut uersus quam mouetur, nā si parte Iouis

te Iouis, uel uersus Iouis partem quieuerit aut mouet, uel Ven. uel capitis draco, uel Lunæ, in bonũ referendum esse arbitrantur, sin autẽ uersus partem Solis, aut Mar. aut Saturni, aut Mercurii quieuerit, uel mouetur, in malum omnino referendũ esse censent. Hæc Astronomi Aegyptii.

De auguriis opinio iuniorum augurum.

IVniores uero reduxerũt omẽs res augurales in xii. superstitiones, quæ accipiuntur in respectu nostri, quarũ Prima dicitur Prosperitas. Est autẽ prosperitas cum quis exierit domum agendi quicquã causa, nam cum huic qui domum exit, homo uel belua, aut auis, aut id genus in itinere primum occurrit, quæ ambulet aut uolet, & si posuerit ante in sinistris, supra re agenda, perficiendaq́ bonum esse asserunt. ii. Superstitio dicitur Infortunium, ut si aliquis domum exierit rei agendæ alicuius gratia, & eundo inueniat beluam, aut hominem, aut auem, aut id genus

nus quiescere ante se in sinistris malum esse signum supra re agenda affirmãt.

iii. Superstitio dicitur Fatũ, nam si aliquis ambulando, aut stando, ut rem aliquam agat, uideat rem augurificam, ut hominem, aut beluam, aut auem transire à sinistris in dextrum, ad quod cum peruenerit, euanescet portendere bonum in re agenda credunt.

iiii. Superstitio dicitur Fortuna, ut si quis inuenerit rem euntem, aut uolãtem, quæ reponat se ante in dextra eum uidendo, qui augurium quærit, nam tale augurium bonum in perficienda re autumant.

v. Superstitio dicitur Infortunium, ut cum quis inuenerit rem augurificam quiescentem in dextris suis prospicientem eũ qui augurium quærit, nam hoc malum omen in re agenda dicunt.

vi. Superstitio dicitur Vtilitas, & est quãdo uideris augurificã auem, ferã, uel hominẽ post te, atq; te sequi, & ultra te trãsire et priusquã perueniat ad te, uel tu ad eã, se repausauerit alicubi, et uidẽdo in dextris

tuis

tuis, dicitur enī à iunioribus utilitas quoniā supra te agenda bonū signū est .vii. Superstitio Dānum dicitur, et est quādo rem augurificam post te uideris quiescere, aut stare, & quidem in tuis dextris, dicitur enim damnum, quoniam supra te perficienda malū signū præbet. viii. Superstitio dicitur Cautela, & est quando post te uideris rem augurificam, & antequā perueniat ad te, aut tu ad eam, alicubi quieuerit, aut steterit te uidendo, nam siue à dextris siue à sinistris quiescat, modo non ultra te transierit, bonum præsagit in te agēda. ix. Superstitio, dicitur Infelicitas, et est, quando uideris rem augurificam prætereundo te, alicubi tamē quiescere, aut stare, & quidem à sinistris, hæc dicitur infelicitas à iunioribus, quoniam malum omen præbet rei agēdæ .x. Superstitio, Perfectio, & est, quando res augurifica uenerit à sinistris tuis, & transit in dextrum, quā nec quiescere, nec stare uides, sed admodū euanescere, dicitur enim perfectio, quoniam in te agenda bonū, & perfectum signum est

est. xi. Imperfectio nuncupat, & est quãdo res augurifica è dextris tuis in sinistrũ transierit post tui terga, eamq; uideris aut stare, aut quiescere. Dicitur enim hæc superstitio imperfectio, quoniam est omen malum. xii. Deniq; contrà fit è sinistris in dextrum, quæ dicitur Conclusio, quoniam in re agenda signum optimum esse affirmant. Hæ sunt xii. Superstitiones, quas in rebus augurificis ueras esse autumant augures, seruatis tamen intentione auspicantis, & tempore auspicãdi, de quibus superius diximus.

Superstitiones Romanorum in auguriis.

ERãt apud Romanos augures, ut Plutarchus affirmat in problematibus, aliæ superstitiones, quarũ Prima erat Deorum inuocatio, non enim sacerdotes auguria cantabant, nisi diis inuocatis, ac humiliter exoratis. ii. Erat ex parte personarum inuocantium, non enim auguria, ut Plinius inquit lib. viii. cap xxix, collegium uel maxime solẽne erat sacerdotum

e augu-

augurum. iii.Erat ex parte qualitatis personæ, non enim personæ ulcus patientes recipiebãtur inter ſacerdotes augures, nec perſonæ quæ morſum aliquem, aut perturbationem in animo haberent. Nam cum res diuinas eos tractare credebatur, tum deorum mentẽ hominibus prodeſſe putabant, cum & liquido & integro animo ſacerdotes eſſent. iiii.Superſtitio erat ex parte auiũ auguralium, non enim aues morbidas aut ulceratas, propter eãdem cauſam, recipiebãt in auguria, non enim decet manca, & mutilata ſeruare pro diuinis agendis. v.Superſtitio erat ex parte requiſitorum, quoniam ſacerdotes non captabant auguria, niſi luminaria aperta adeſſent, quoniam ita ſe habet lucerna ad ſacerdotẽ, ut anima ad deos, nam lux eſt uelis, qui intus eſt animus. Eſt & alia cauſa Plutarchi, quoniã aues augurales non conſiſtunt flantibus uentis, uentos autem flare cognoſcitur lucernis & luminaribus accẽſis. Metellus Pontifex maximus prudens & ciuilis poſt ſextilem menſem

Auguſtũ

Augustum uetuit auspicari quod adultis & perfectis auibus auspicando antequam æstas aduenerit sit prudentiæ. Autumno autem aues partim inutiles sunt, partim morbidæ, partim pulli imperfecti, aliquæ etiã propter anni tempus aliò deuolant.

De numero auguralium obiectorum secundum eos augures, qui probabilius de auguriis locuti sunt.

QVemadmodum diximus, quatuor sunt in auguriis necessaria secundũ Gẽtilium usũ, obiecta quæ præter intentionem, hoc est ex insperato auspicanti occurrunt, quæque augurales res dicuntur. Persona auspicans, cui ex insperato præter intentionemque obiecta huiusmodi se offerunt.

Intentio auspicantis, qua res augurales in augurium referuntur. Et tempus, quo occurrunt. Et quia de obiectis auguralibus Gentiles superstitiose locuti sunt, restat nunc dicere de talibus obiectis secundum eos, qui minus superstitiose de illis locuti sunt, ut nihil prætermittatur

 in opi-

in opinionibus ueterũ. Sunt autem hæc in xii. contenta capitibus pro numero signorum, quæ in Zodiaco describuntur. Primum caput est de ingressu bestiarum in domum, siue bestiæ urbanæ sint siue syluestres, quum enim & præter consuetudinem, & præter intentionem bestia domum alicuius ingreditur, in augurificũ obiectum philosophi retulerunt. ii. Vero caput est beluarũ, quæ in itinere ex insperato nobis occurrunt. iii. Est uestimentorum conbustio, cũ ex insperato ex igne quasi ad ea aduolãte fit, ad hoc caput & fulminatio, & incensio domus, uel alterius rei reducitur. iiii. Est mus corrodens aliquid, quod nobis iucundum est, ut Librum, Vestem, Aurum presertimq́ id, in quo speramus, reducitur q́ ad hoc caput, Lupus uorans nobis aut bouem, aut equum. Canis etiam uorãs nobis aliquid, quod in cura erat, & Vulpes Gallinam aut anserem furans, & cætera id genus. v. Est domesticus sonitus, creditur enim in domo ob sonos strepitusq́, qui

in ea

in ea aūdiuntur, Lemures esse, qui hos fecerint. vi. Est Auis quæ in uia in itinereq́ȝ cadēs quasi ĩpedita uidetur, sæpius enim Principe aut Rege ambulante obseruatū est, Miluum in equitantium medio cecidisse qui impeditus facile capitur. Nōnūquam aues in domum uenerunt, quæ ex insperato aduolarunt fueruntq́ȝ tandem manu captæ, & propterea ad hoc caput omne uolatile reducitur, quod ex insperato manu capimus: reducimus insuper & ad hoc, Bubonem cantantem, Cornicem glocitantē, omneq́ȝ uolatile, quod ex insperato uociferat. vii. Est catus, qui præter consuetudinem foramen ostii ingreditur cameræ, quem malum putāt esse dęmonem, uel phantasma, reduciturq́ȝ in hoc animal omne quadrupes, quod subiens speciem rei timorosæ foramen intrat.

viii. Est candela, fax, aut id genus, cum mox sine apparēti causa extinguitur quod à Lemure fieri creditur. ix. Est Vulcanus, ut cū ignis sentiat, ac murmurat, cū enim ignis murmurat, Gētiles Vulcanū loqui

credebant. x. Est crepitus fortis ignis, cũ præter intentionem occurrit, & quidem in magna uastitate, ad hoc caput, reducitur ignis, cum proicit scintillas. xi. Est ignis cum saltat præter rationem, creditur enim à laribus moueri. xii. Est subitaria tristicia, mœrorq́ꝫ, qui præter rationẽ accidit, ad hunc reducitur phantasma nobis apparens, quo apparente tristari solemus, itemq́ꝫ & id omne, quod ex insperato euenit, quo dolemus. Hæc enim xii. obiecta, ut sufficiant pro exemplis uolumus, nam si alia contigerint, ad ea capita reducenda sunt, cum quibus maiorem habent affinitatẽ. Post hæc de causa quæ res augurales mouet ad auguria, secundum opiniones horum dicamus.

De causa quæ mouet augurales res ut nobis occurrant, mentemq́ꝫ nostram ut ominemur, secundũ Theophrastũ et Themistiũ.

DE ea uero causa quæ augurifica obiecta mouet, ut nobis ex insperato se offerant, & ut nos ex huiusmodi ominemur occursu, uariæ opiniones extiterunt.

Theo-

Theophrastus quem lucidus doctor Themistius imitatur, mouentem huiusmodi causam non errantem intelligentiam esse dixit, nam quæ casu ac temere nobis occurrunt, si in diuinam intelligentiam referantur, à prouidentia euenire putarunt, et Themistius, & Theophrastus. Vnde Themistius homines loqui futura arbitratur, & si nihil inteligant eorum, quæ dicunt, quatinus ab ipsa intelligentia diuina mouentur. Est autem diuina intelligentia, quæ non errans dicitur, aut mundi anima, quam Plato in Timæo ex diis secundis ortam esse probauit. Auicenna uero ab intelligentia Lunæ, hæc enim mouet, creatq; ea omnia, quæ sub Luna contingunt, potissimum ea omnia, quæ in bonũ hominis ordinantur. Alii uero deum esse dixerunt, eam causã, quæ hæc mouet, quam opinionem Valerius sensisse uidetur, cũ inquit hæc non fortuito motu, sed diuina prouidentia constare credendum esse. Pythagorici quoq; adeo ab ipso deo euenire putarunt, hæc, ut auguria esse

omen bonum aliquid ſit, quo aut futu-
rum malum euitemus, aut futurum bo-
num adipiſcemur, fit ut à Calodæmone
concitetur, placuit autem hæc opinio, Plo
tino Iáblicoq́, ut iis libris patet, quos de
dæmonibus ſcripſerunt.

*De cauſa mouente augurifica ſecun-
dum Varronicos.*

QVidã doctiſſimi uiri ex Varronis
Rhomani decretis ſe accepiſſe tra-
dunt, augurifica moueri à Luna per. xii.
Zodiaci ſigna euagante, dicunt enim Lu-
nam, & cauſam, & ſolam cauſã eſſe, quæ
omnia, & augurifica mouet, tum quia ſo
la nobis inter ſtellas propinquiſſima eſt,
ſolaq́, ut Aſtronomi dicunt, in iis, quæ re
pente fiunt, uirtutem habet, tum uel maxi
me propter ſui uelocitaté, ob hanc enim
cauſam humidis fluidisq́ præſtat. At cũ
augurifica omniaq́ ipſa confeſtim
fiant, euenit ut in talibus ip
ſa ſola uim præſtet.

Opinio Aſtronomorum Ægyptiorum de cauſa mouente auguria.

AEgyptii uero non Lunam, ſed ſtellã errantem de quinq; planetis, quæ hora ominationis tenet in figura cœli nonã, aut decimam, aut horoſcopum, aut ſeptimam, aut quartam, aut tertiam domum afferunt auguria, mentem'q; noſtram mouere ad auſpicandum, eſt enim augurificus planeta, qui hora qua accipimus res augurales in augurium, reperitur in domo cœli nona, uerum ſi nullus Planeta in nona fuerit, is augurificus planeta erit, qui in decima, & ſi non in decima, qui in horoſcopo, et ſi non in horoſcopo, qui in ſeptima, & ſi non in ſeptima, qui in quarta, & ſi non in quarta, qui tandem eſt in tertia domo planeta eſt, qui mouet ad auſpicia & nos & res ipſas augurales. Qualitas uero augurii proficiſcitur ab aſcendẽtis dominio, nec non & à tali planeta, nã ſi ambo coniungentur inuicem aſpectu aut corpore, ex auguriis nihil mali euenire putant. Vbi uero dominus aſcendentis, atq;

tis atq; augurificus planeta nulla ratione iunguntur, sed alter eorum cum beneficis configuratione habet, ex auguriis portenditur bonum. Sin autem cum maleficis, malum pronuntiatur, bonum uero aut malum, quod portēditur, secundum genus illius domus erit, in qua corpore coniungunt̃, uel aspectu se mutuo aspexerint, nam si census domus fuerit, bonū uel malum in censu portenditur. Sin autem fuerit domus. vii. bonum uel malum in uxore, & si domus fuerit. v. in filiis, & in cæteris simili ratione bonum aut malum pronuntiant.

De causa mouente augurifica secundum minus superstitiosam causam.

DIcēdum itaq;, ut Porphyrius inquit, si eorum quæ temere fiunt, causa aliqua fingi poterit, mouenté causam, quæ principalis est, ut Pithagoricis nonnullis placuit, esse Calodæmonem, qui'q; & bonus genius dicitur, nā bona homini persuadet, quod quidem consensim Platonici affirmant, instrumentariā uero

causam

causam esse motum Lunæ per.xii.cœli signa, quod & Varronici putant, uidetur autem opinio hæc, licet superstitiosa, minus dissona cæteris. Nam, quemadmodum Astronomi fatentur, Luna uim habet in iis omnibus, quæ repente fiunt, atq; ex insperato, qualia augurifica, omina'q; ipsa esse uidentur, Calodæmon uero, ut libro de dæmonibus diximus, in hominis bonum institutum est, agit etiam per naturale instrumentum, cum sit homine potentior, ui autem cœlesti imbecillior, & quũ agens pollentius paucioribus instrumentis, ut Arist. inquit, utatur, fit ut dæmon per solum Lunæ decursum, tanquam per instrumẽtum omina atq; augurifica omnia moueat. Quod autem dæmon stellis utatur, Hebenragel nobis testis est, qui narrat cuiusdam regis filium natum esse eo die, quo quatuor planetæ coniuncti erãt, eo in signo, quod in illius genitura horoscopabat, eo uero die puerũ illũ locutum esse iacturam'q; patris regis prædixisse. At consonũ non est puerũ sic recenter ortum

loqui po-

loqui potuisse nisi in dæmonis, qui ea cœli constellatione ad prædicendum utebatur, fortasse enim dæmon Mercurialis erat nã in viii. Libræ gradu, qui tunc horoscopabat, Mercurius præerat, Venus enim, Iuppiter, Mercurius, & Mars in illo. viii. gradu coniuncti fuerũt, nullus tamen eorum nisi Mercurius in tali gradu fines habebat, quare dæmon ille Mercurialis fuit. Quod si ita est, dæmon qui nos custodit, utens solo motu Lunæ per xii. signa poterit omina, atq; augurifica mouere omnia in bonũ nostrũ illa cõcitãdo, aspectus autem, aut configurationes cæterarũ stellarum, nec prosunt nec obsunt, cum in talibus uim nullam habeant. Hactenus de mouente causa, ut uero præsens opinio intelligatur, ad exempla tabularum ueniamus, quibus secundum motum Lunæ prisci superstitiosi homines utebantur.

PRIMA TABVLA.

Bestia domum intrans significat.

LVNA.	
Aries	Litem ac calumniam fore.
Taurus	Aduenire hospitem.
Gemini	In regione fieri morbos.
Cancer	Rixas in ciuitate oriri.
Leo	Regimé aliquid'q; magni euenire.
Virgo	Suasiones fieri astutias'q;.
Libra	Spem emergere.
Scorpius	Angustias contingere.
Sagittarius	Iter uias'q; fieri.
Capricornus	Gaudium atq; lætitiam. accidere.
Aquarius	Dolorem litem'q; surgere.
Piscis	Bonam causam emergere.

TABVLA SECVNDA.

Belua in itinere obuians significat.

LVNA	
Aries	Patriarcham aut Pontificem, aut præsulem, aut primum sacerdotem mori.
Taurus	Intimationem bonã fieri.

Gemini

Gemini	Prælium oriri.
Cancer	Promulgari magni quip/
Leo	Mutari ueſtiméţû.(piam.
Virgo	Anguſtiam inſurgere.
Libra	Moueri corpus de loco ad
Scorpius	Mori inimicum. (locũ.
Sagittarius	Intimationem in occultis
Capricornus	Munus afferi. (fore.
Aquarius	Seruum aufugere.
Piſcis	Pluuias imbreḿqȝ fore.

TABVLA TERTIA.

Incenſio alicuius loci, Domus fulminatio, Veſtimentorum uſtio ſignificat.

LVNA.

Aries	Nec bonum, nec malum.
Taurus	Gaudiũ lætitiam úe eue=
Gemini	Dimicari regnaréqȝ. (nire.
Cancer	Opus perfici.
Leo	Aduentũ eius qui te amat.
Virgo	Prauioré maiorem´qȝ ma= litiam exoriri.
Libra	Noua ueſtimenta adeſſe.
Scorpius	Gaudiũ lætitiam´qȝ emer=
Sagittarius	Aegritudiné accidere. (gere

Capricor

Capricornus	Iucunditatem de hoſpite.
Aquarius	Gaudium lætitiam'ue.
Piſcis	Gaudium lætitiam'ue.

TABVLA QVARTA.

Canis uorans rem nobis gratam, Lupus uorans nobis beſtiam, Mus corrodens aurum, uel quiduis nobis iucundum ſignificat.

LVNA.

Aries	Iter futurum.
Taurus.	Quod corripietis in uerbis
Gemini.	Intimationem aliquam nouam fieri.
Cancer	Aduentum hoſpitis.
Leo	Querelam petitionem'ue.
Virgo	Lætitiam gaudium'ue.
Libra	Id inuenire quod deſidera(batur.
Scorpius	Pecunias diminui.
Sagittarius	Malitiam exoriri.
Capricornus	Amicũ diſiungi ſeparari'ꝗ.
Aquarius	Iter futurum.
Piſcis	Gaudium lætitiamúe.

TABVLA QVINTA.

Strepitus sonitusq; domus significat.

LVNA.

Aries	Gaudium lætitiam'ue.
Taurus.	Euenire malum in dominio aut poteſtate.
Gemini	Peſtem cani accidere.
Cancer	Pecuniæ inuentionem.
Leo	Aduentũ boni hoſpitis.
Virgo	Bonam enuntiationem intimationem'q;
Libra	Bonam acceptionem intimationem'q;
Scorpius	Aegritudinem.
Sagittarius	Labores defatigationẽ'q;
Capricornus	Anguſtiam ſuper ſuos euenire.
Aquarius	Pecuniã ex animalibus.
Piſcis	Bonum in dominio atq; poteſtate.

TABVLA SEXTA.

Coruus uel Cornix glocitans, Bubo cantans uel quæuis auis augurifica. Auis cadens in uia significat.

LVNA.	(latrones.
Aries	Pauorem euenire propter
Taurus	Festinare ut regnũ regat.
Gemini	Sanguinis effusionem.
Cancer	Futurum morbum.
Leo	Motum de loco ad locũ.
Virgo	Amittere pecuniam.
Libra	Amicum ægrotare.
Scorpius	Querelas lamẽtationes'ꝗ emergere in domo.
Sagittarius	Animalium mortem.
Capricornus	Dolorem fore in statu.
Aquarius	Litem nasci.
Piscis	Angustiã contristationẽ'ꝗ insurgere.

TABVLA SEPTIMA.

Catus aut Belua per foramen intrans significat.

LVNA.

Aries	Ammittere aliquid.
Taurus.	Emere seruum.
Gemini	Noua mala audire.
Cancer	Finiri prælium.
Leo	Testimonium falsũ insurgere.
Virgo	Aegrotationem.
Libra	Pauoré propter latrones.
Scorpius	Gaudium lætitiam'ue.
Sagittarius	Nec bonum nec malum.
Capricornus	Festinari ius.
Aquarius	Religiosum occurrere aut fugere, sanari ægrotum.
Piscis	Bonum nouum insurgere aut euadere à periculo.

TABVLA OCTAVA.

Candela aut Fax aut Ignis qui mox extinguitur significat.

LVNA.

Aries	Bonum aliquid lucrari.
Taurus	Patriarchã aut sacerdotem mori.

Gemini	Malũ nouum accidere.
Cancer	Litem insurgere.
Leo	Pecuniam inuenire.
Virgo	Aduentum hospitis.
Libra	Festinum gaudium.
Scorpius	Timoré in dominio atq; potestate.
Sagittarius	Magnum accrementum.
Capricornus	Casũ comitis aut amici.
Aquarius	Nec bonum nec malum.
Piscis	Inimici casum.

TABVLA NONA.

Sonitus ignis significat.

LVNA.	
Aries	Inimici casum.
Taurus	Aduentum hospitis.
Gemini	Pecuniarũ accremẽtum.
Cancer	Aegrotationem oriri.
Leo	Accessum in potestate atq; dominio.
Virgo	Regalis honoris decremẽ- (tum.
Libra	Noua audire.
Scorpius	Rixas contentionesq́; in regione emergere.

Sagit-

Sagittarius	Pauorem ex hominibus.
Capricornus	Mortem uxoris.
Aquarius	Vxoré parere fœminam.
Piſcis	Bonum in poteſtate atq; dominio.

TABVLA DECIMA.

Ignis crepitus ſignificat.

LVNA.

Aries	Nauſeam uomitum´q; accidere.
Taurus	Faciem patris uidere.
Gemini	Refrigerium accidere.
Cancer	Lætitiam & refrigerium euenire.
Leo	Gaudium ex epiſtola.
Virgo	Longum iter.
Libra	Gaudium munus´q;.
Scorpius	Labores defatigationé´q;.
Sagittarius	Audire magna.
Capricornus	Intimationem enuntiationem´q; futuram.
Aquarius	Doloré in domo euenire.
Piſcis	Iucunda audire.

TABVLA VNDECIMA.

Ignis ſaltans ſignificat.

LVNA.	
Aries	Damnum & litem.
Taurus	Iter facere.
Gemini	Ingredietur in poteſtatem.
Cancer	Gaudium & lætitiam.
Leo	Munus accedere.
Virgo	Aegritudinē aut damnū.
Libra	Intimationem enuntiationem'q; malam.
Scorpius	Labores anguſtias'q;.
Sagittarius	Enuntiationē fore.
Capricornus	Finem aut damnum.
Aquarius	Gaudium lætitiam'q;.
Piſcis	Nec bonum nec malum.

TABVLA DVODECIMA.

Triſtitia ex inſperato aduenient, aut Phantaſma apparens ſignificat.

LVNA.	
Aries	Nec bonum nec malum.
Taurus	Aduentum pecuniæ.
Gemini	Quod accuſaberis.
Cancer	Pauorem ex latronibus.

Leo

Leo	Vana audire.
Virgo	Bonum nuntium.
Libra	Accrementum pecuniæ.
Scorpius	Longum iter.
Sagittarius	Dolorem de proximo.
Capricornus	Mortem euenire.
Aquarius	Pauorem ex hominibus.
Piſcis	Bonum ſatis contingere.

Plurima alia accidere poſſent exempla, ſed hæc duodecim ſufficiant. Nã augur qui ingenio pollet, ex his poteſt ad plurima alia deduci.

Erit igitur interpretatio, ſi Luna tenẽte arietem beſtia domum intrauerit, litem atq; calumniam fore ſignificat, ſic'q; de cæteris ſignis, atq; ſignorum ſignificationibus dicito: ſemper enim tempore quo augurificum obiectum nobis ſe offert, Lunæ locus inueniendus eſt. Et iuxta illius naturam iudicato idem in omnibus talibus facito.

Tabella de saltibus secundum Ægyptios astronomos.

SVnt qui saltus cuiusq; particulæ corporis reduxerunt ad.xii. pro numero partium, ac menbrorum nostri corporis, quæ subiciuntur signis, ut Aegyptii astronomi, quorum sunt Petosiris, & Neocepsus, nam caput Arieti, collum uero ac ceruicẽ Tauro, humeros atq; brachia Geminis, Cancro pectus, latera, & stomachum Leoni, uentrem Virgini, Libræ renes, et uertebras, Scorpio pudẽda, coxas Sagittario, genua Capricorno, crura Aquario, Piscibus pedes tribuerunt. Si igitur salit caput uel aliqua capitis pars, totũ hoc ad caput pertinere dixerunt, Arietiq; esse tribuendũ idq; in cæteris docuerunt. Vnde si Luna tenente Arietem caput uel aliqua capitis particula salierit, litem atq; calumniam fore significandum est. Si Taurũ aduenisse hospitem. Si Geminos in regione fieri morbos, idq; in cæteris dicendum suo ordine. Est tamen annotatione dignũ, Luna tenente idem signum, fieri posse ut id

menbrum

menbrum, eiuſdem'que menbri particula ſaliat nõ ſemel, ſed bis aut pluries, & ideo omnes ſaltus eandem uim habebunt, donec uidelicet ad aliud ſignũ Luna ſe transferat, cũ enim eadẽ ſtet cauſa, idẽ affactus, ut ſtet neceſſe eſt. Hoc autem non modo in ſaltibus obſeruandum eſt, uerũ etiam in cæteris auguriis, quæ in tabulis prioribus ſcribuntur.

Simili ratione de ſternutamentis dixerũt, nam pro numero ſignorũ ad xii. omnia ſternutamenta noctu diu'que contingentia reduxerunt. Verum uirtutem ſignificandi à primo omnium ſternumentorum acceperunt, ſiue unũ ſiue plura eodem die nocte'que contigerint, quoniam donec Luna exierit ſignum ſub quo primum ſternutamentũ accidit, eandem uim habent, quippe cum pro uno habenda ſint, ut his tabulis annotabimus, quæ ſaltibus et ſternutamẽtis inſeruiunt.

TABELLÆ DE SALTIBVS
et sternutamentis.

CAPVT.

LVNA.	
Aries	Litem atq; calumniã fore.
Taurus	Aduenire hospitem.
Gemini	In regione fieri morbos,
Cancer	Rixas in ciuitate oriri.
Leo	Regimen aliquid'q; magni euenire.
Virgo	Suasiones fieri astutias'q;
Libra	Spem emergere.
Scorpius	Angustias contingere.
Sagittarius	Iter uias'q; fieri.
Capricornus	Caudiũ atq; lætitiã accidere.
Aquarius	Dolorem litem'q; surgere.
Piscis	Bonam causam emergere.

COLLVM ET CERVIX.

LVNA.	
Aries	Primũ sacerdotem mori.
Taurus	Intimationẽ bonam fieri.
Gemini	Prælium oriri..

Cancer

Cancer	Promulgari magni quippiam.
Leo	Mutari uestiméntũ.
Virgo	Angustiam insurgere.
Libra	Moueri corpus de loco ad locũ.
Scorpius	Mori inimicum.
Sagittarius	Intimationem in occultis fore.
Capricornus	Munus afferri.
Aquarius	Seruum aufugere.
Piscis	Pluuias imbrem'q; fore.

HVMERI ET BRACHIA.

LVNA.	
Aries	Nec bonum nec malum.
Taurus	Gaudium lætitiam'ue. euenire.
Gemini	Dimicari regnare'q;.
Cancer	Opus perfici.
Leo	Aduentum eius qui te amat.
Virgo	Prauioré maiorem'q; malitiam exoriri.
Libra	Noua uestimenta adesse.
Scorpius	Gaudium lætitiam'ue. emergere.

Sagitta-

Sagittarius	Aegritudiné accidere.
Capricornus	Iucũditatem de hoſpite.
Aquarius	Gaudium lætitiam'ue.
Piſcis	Gaudium lætitiam'ue.

PECTVS.

LVNA.

Aries	Iter futurum.
Taurus	Quod corripieris in uerbis
Gemini	Intimationé aliquã nouã.
Cancer	Aduentum hoſpitis.
Leo	Querelam petitionem'ue.
Virgo	Lætitiam gaudiumúe.
Libra	Adinuenire quod deſidera
Scorpius	Pecunias adminui.(batur.
Sagittarius	Malitiam exoriri.
Capricornus	Amicũ diſiũgi ſeparari'q;.
Aquarius	Iter futurum.
Piſcis	Gaudium lætitiamúe.

LATERA ET STOMACHVS.

LVNA.

Aries	Gaudium lætitiamúe.
Taurus	Euenire malum in domi-nio aut poteſtate.
Gemini	Peſtem cani accidere.

Cancer

Cancer	Pecuniæ inuentionem.
Leo	Aduentum boni hoſpitis.
Virgo	Bonam enuntiationem intimationemq́;
Libra	Bonam acceptionem receptionemq́;
Scorpius	Aegritudinem.
Sagittarius	Labores defatigationẽq́;
Capricornus	Anguſtiam ſuper ſuos euenire.
Aquarius	Pecuniam ex animalibus.
Piſcis	Bonum in dominio atq; poteſtate.

VENTER.

LVNA.	
Aries	Pauorem euenire propter (latrones.
Taurus	Feſtinare ut regnũ regat̃.
Gemini	Sanguinis effuſionem.
Cancer	Futurum morbum.
Leo	Motum de loco ad locũ.
Virgo	Amittere pecuniam.
Libra	Amicum ægrotare.
Scorpius	Quærelas lamẽtationesq́; emergere in domo.

Sagittarius

Sagittarius	Animalium mortem.
Capricornus	Dolorem fore in statu.
Aquarius	Litem nasci.
Piscis	Angustiam contristationem'q; insurgere.

RENES ET VERTEBRAS.

LVNA.

Aries	Amittere aliquid.
Cancer	Emere seruum.
Gemini	Noua mala audire.
Taurus	Finiri prælium.
Leo	Testimonium falsum insurgere.
Virgo	Aegrotationem.
Libra	Pauoré propter latrones.
Scorpius	Gaudium lætitiá'ue.
Sagittarius	Nec bonum nec malum.
Capricornus	Festinari ius.
Aquarius	Religiosum occurrere, aut sanati ægrum.
Piscis	Bonum nouú insurgere.

pudenda

PVDENDA.

LVNA.	
Aries	Bonum aliquid lucrari.
Taurus	Patriarcham mori.
Gemini	Malum nouum accidere.
Cancer	Litem insurgere.
Leo	Pecuniam inuenire.
Virgo	Aduentum hospitis.
Libra	Festinum gaudium.
Scorpius	Timoré in dominio atq; potestate.
Sagittarius	Magnum accremen tum.
Capricornus	Casũ Comitis aut amici.
Aquarius	Nec bonum nec malum.
Piscis	Inimici casum.

COXAS.

LVNA.	
Aries	Inimici casum.
Taurus	Aduentum hospitis.
Gemini.	Pecuniarũ accremẽtum.
Cancer	Aegrotationem oriri.
Leo	Accessum in dominio.
Virgo	Regalis honoris decremen tum.

Libra	Noua audire.
Scorpius	Rixas contentionésq; emergere.
Sagittarius	Pauorem ex hominibus.
Capricornus	Mortem uxoris.
Aquarius	Vxoré patere fœminam.
Piſcis	Bonum in poteſtate atq; dominio.

GENVA

LVNA.

Aries	Nauſeam uomitumq́; accidere.
Taurus	Faciem patris uidere.
Gemini	Lætitiam & refrigerium.
Cancer	Gaudium ex epiſtola.
Leo	Longum iter.
Virgo	Gaudium munusq́;.
Libra	Labores defatigationéq́;.
Scorpius	Audire magna.
Sagittarius	Intimationé futuramq́; enuntiationem.
Capricornus	Doloré in domo euenire.
Aquarius	Iucunda audire.
Piſcis	Refrigerium accidere.

Crura

CRVRA.

LVNA.	
Aries	Damnum et litem.
Taurus	Iter facere.
Gemini	Ingredietur in poteſtate.
Cancer	Gaudium & lætitiam.
Leo	Munus accedere.
Virgo	Aegritudinē aut damnū.
Libra	Intimationem nullam.
Scorpius	Labores et anguſtias.
Sagittarius	Enuntiationem fore.
Capricornus.	Finem aut damnum.
Aquarius.	Gaudiū lætitiamq́.
Piſcis.	Nec bonum, nec malum.

PEDES.


LVNA.	
Aries	Nec bonum nec malum.
Taurus	Aduentū pecuniæ.
Gemini	Quod accuſaberis.
Cancer	Pauorem ex latronibus.
Leo	Vana audire.
Virgo	Bonum nuntium.
Libra	Accrementum pecuniæ.
Scorpius	Longum iter.

Sagittarius	Dolorem de proximo.
Capricornus	Mortem euenire.
Aquarius	Pauorem ex hominibus.
Piſcis	Bonum ſatis contingere.

Hæc ſunt quæ comperta habemus de ſuperſtitioſis auguriis, quæ ideo prolixe explicauimus, ut intelligant omnes, qui libellum hunc legent, omnia huiuſmodi auguria eſſe ſuperſtitioſa atq; reprobanda, ut proximo libro dilucide patebit.

EIVSDEM DE AVGVRIIS LIBER SECVNDVS.

PROOEMIVM.



Vpereſt modo de auguriis ea dicere, quæ uera et certiora ſũt, nam quæcunq; hucuſq; diximus, non ex noſtra ſed ex aliorum opinione ſcripſimus, fuerunt enim plurimi tũ Philoſophi, tum uiri ſanctiſſimi, qui nullam fidem auguriis tribuerũt. Vnde Cicero qui Nonio optimam ſpem habere licere dicenti, quod ſeptem aquilæ

in castris Pompei essent captæ. deridendo has uanitates, inquit, Recte moneres si aduersus picas nobis pugnandum foret. Et Labieno in castris Pompei diuinationibus auguriisq́ꝫ innixe dicẽti, Pompeium superaturum, deridens respondit Cicero, Eos hac spe ductos castra nuper amisisse. Varro autem dixit, Deos ociosos ac feriatos fore, si sua consilia corniculæ crederẽt, aut Coruo hominibus indicanda, et alibi non solum ociosos asserit Deos, sed sordidissimos fuisse, si in iecorũ, & uiscerum sterquilinio sua occultassent consilia, hominibus ab insanis sacerdotibus manifestãda, ut optabilius fuerit ualuisse apud maiores Ciceronis pro. A. Cluentio sententiam, pietate, & religione, & iustis præcibus Deorum mentes, non contaminata superstitione, neqꝫ ad scelus perficiendum cæsis hostiis posse placari, ubi enim fuisse Deos alibi quam in stercore existimabimus. Huius uanitatis exẽplũ nobis præbet Tullus Rex, qui cum Iouem iis superstitionibus sollicitasset, fulmine cum tota

domo flagratus est. Phauorinus, Gellius, Boëtius, & alii plurimi, tum Peripatetici, tum Platonici, non solum has uanitates contempserunt, sed acerrimis argumentis reprobauerunt. Quare argumenta, obseruationesq; quibus confutantur superstitiosa auguria, primo nobis differēda sunt. Deinde exponendum quibus auguriis fides præstanda sit, quibus uero non, aut usquequo eis credendū sit, initio nobis sūpto à nostra obseruatione.

Obseruatio autoris, qua reprobantur superstitiosa auguria.

ET cum nulla alia ratione reprobari possint efficatius, ea quorum fide ab obseruationibus suscepta est, huiusmodi uanitates obseruationibus reprobādæ sūt è quibus in mentibus hominum locum habuerūt. Quia enim M. Marcello cum periit ab Annibale, caput iecoris defuit, et C. Mario cum imolaret Vticæ, & C. Princi pi Kalendis Ianuariis cum iniret consulatum, quo interfectus est. Claudioq; successori eius, quo mēse interēptus est. Veneno

Pyrrho

Pyrrho regi quo die periit præcisa hostiarũ capita etiam fuerunt, ideo extis fidem tribuerunt. Diuo etiam Augusto Spoleti sacrificanti primo potestatis suæ die uictimarum iecinora replicata intrinsecus ab una fibra reperta sunt. Responsumq́ꝫ duplicaturum intra annum imperium. Gemina item Diuo Augusto apparuere iecinora, quo die apud Actium uicit. Ex iis igitur, atqꝫ similibus obseruationibus fomẽtum insaniæ tantorum uirorũ emersit, quod tot ac maioribus pluribusq́ꝫ obseruationibus factis reprobatur. Q. Mutius Scæuola inter primarios omnium ætatũ uiros augur eminentissimus, cum in tẽplo Vestæ, quo nihil in urbe Roma habitum est sanctius, arã ipsam amplecteretur, à Syllæ carnificibus præter opinionem, quam ipse de suis auguriis habebat, interfectus est. Nero quoqꝫ cũ omnibus uanitatibus per quas futura prædicuntur, nimiũ hæret, nunquam tutus fuit à fine, quem non sperabat per auguria, quibus confidebat. Possem infinita exempla inducere eorum

Romanorum qui his uanitatibus inhæse runt, quorum actiones finesq́ non euenerunt, ut per auguria à uatibus fuit interpretatum, sed bona fronte supersedeo. Et ea aggrediamur quæ à nobis sunt obseruata: in iuuenta enim, quæ ætas est curiosissima, tabellas omnes quas annotauimus, diligentissime perquisiuimus, ut tabellam de sternutamentis, & tabellam de saltibus, cæterasq́ omnes, & eas plerumq́ falsas reperimus, perraro auté ueras. Quæ ratio docet significationes eorum auguriorum, quæ in illis scribuntur, casu euenire, qui est de contingenti raro. Sternutaméta, saltus, resq́ naturales, quas propriis na turis creditum est ferre nobis auguria, superstitiosa sunt & uana: nos enim, cũ illa sæpissime obseruaremus, nunquam aliquid ueri inuenimus. Obseruationes Plutarchi Cheronæi, qui per situs auguria definiuit,, non modo uanæ sunt, uerum etiam fabulosæ, nos enim cũ non semel illas experiremur, nullas ueras inuenimus. XII, illæ superstitioés, quibus iuniores augures

gures auguria determinauerunt, ridiculæ sunt, cum nec ipsi, nec nos, unam compe rimus uerã. Obseruationes Plinii, non uanæ tantũ, sed similes insomniis sunt, quæ motu humorũ imaginariæ uirtuti repræsentãtur. Astronomicæ obseruationes etiã falsæ sũt, quas om̃es cũ nos omni diligẽtia cõsideraremus, superstitiosas, ac uanas sicuti cæteras iuenimus. Superstitiones Romanorũ nullã habent rationẽ, sed fuerũt à sacerdotibus inuẽtæ, ut per illas uiuerẽt, hominũ enim genus, ut Arist. inquit, artibus & rationibus uiuit. Si igitur obseruationibus innitendũ est, nos testamur multis tẽporibus ea obseruasse, quæ scripsimus nihil'qꝫ ueri reperisse, si quid tamẽ ueri reperimus in hoc libro. ii. exponemus. Verum quia aliquis negare posset obseruationes nostras, asserẽdo uel non debite, uel non suis temporibus, uel non requisitis omnibus esse factas, ideo post huiusmodi obseruationes ad rationes accedendũ est, quibus doctissimi uiri has uanitates refutauerunt.

Argumentum Peripateticorum quo reprobantur auguria.

INſurgamus igitur primo contrà huiuſmodi augurales ſuperſtitiones, argumentis Peripateticorum, nam ſi auguria futura enunciant, aut quia illorũ cauſæ, aut quia effectus eorum ſunt. Sed conſtat nec cauſas, nec effectus auguria futurorum eſſe, non igitur auguria futura prædicunt, niſi temere, uidemus enim medicum ex effectibus futura prædicere Aſtronomũ uero per ſtellas, quæ effectuũ ſublimariũ cauſæ ſũt. At cum auguria effectuum futurorũ cauſæ non ſint, nec illorum effectus, iure fit, ut temere per auguria futura prædicantur. Accedit ad hæc quod inſomnium non magis rei futuræ cauſa eſt, quam augurium, utrũq; enim ad effectũ futurũ per accidens comparatur. Sed ſecũdum Ariſt. de ſomno, inſomnium rei futuræ per accidens cauſa eſt, accidit enim me ſomniante, Platonẽ uenire ad me, ut Plato ueniat, ueluti accidit me exeunte domum, ut coruſcatio fiat, non enim cor-

ruſcationis exitus à domo cauſa aut effect us eſt. Ad hæc imaginatio, qua imaginor amicum uenire, non magis cauſa, aut effectus eſt, ut amicus ueniat, quã cantus cornicis effectus, aut cauſa eſt, ut hoſtis ueniat. Vtrius ꝗ enim ad utrũꝗ connexio eſt accidentaria, & fortuita, quare ſi me imaginante amicum uenire, caſu amicus uenit, ita cornice cantante, caſu hoſtis accidit. Auguria igitur per accidens prædicere uidentur futura, ueluti, ut Ariſt. inquit, ſomnia ipſa.

Euaſio quorundam inſanorum.

EVadunt uero quidam inſani ab his rationibus dicentes auguria, ut auguria caſu prædicere futura, ſed ut auguria facta ſub tali Lunæ motu uel tali, per ſe futura prædicere, quoniam licet auguria, ut auguria nec cauſæ, nec effectus futurorũ ſint, tamen auguria ut facta ſub hoc, aut illo Lunæ decurſu, eſt futurorũ coeffectus, quatenus augurium ipſum ſub hac uel illa Luna factũ, et futuri ipſi effectus, quos portendit, ab eadem cauſa ſunt, ut ab eo-

dem Lunæ decursu, ueluti licet urina ignea, nec causa nec effectus sit febris colericæ, quia tamē ignea ipsa urina, & febris colerica ab eadem causa sunt, ut ab humore colerico, ideo ignea ipsa urina portendit febrē colericā, & è conuerso febris colerica igneā ipsam urinam.

Reprobatio huius euasionis.

SEd hæc euasio friuola uidetur, nam sic poterimus omnē superstitiosam diuinationem probare, dicerē enim Geomantiam Pyromantiam, & cæteras tales esse ueras, quoniam licet puncta sic figurata nec effectus nec causæ sint futurorum, ut puncta sic figurata, tamen proiecta sub hac uel illa Luna erunt coeffectus futurorum, eadem ratione & sortes efficatiā habebunt, quoniam semper dicerem, & si non causæ aut effectus sint futurorū, esse tamen coeffectus ab eadem Luna euenientes. At constat sortes ab omnibus esse reprobatas, cū temere et non per se future prædicant.

Argumen-

Argumentum Diui Thomæ quo auguria & sortes refutantur.

AVguria & sortes, & cætera diuinatoria sāctissimus Doctor Thomas perpulchre reprobauit eo libello quem de sortibus inscripsit: argumentatur enim: maiorem connexionem habent stellæ cum actibus humanis, qui ab intellectu & uoluntate nostra proficiscuntur, quam auguria, sed ex stellis non proficiscuntur humani actus, nisi contingenter, temereq́ꝫ, igitur non possūt prædici actus humani per auguria, quæ cum illis actibus connexionē contingentem habent, quod autem ex ipsis stellis humani actus necessario nō eueniant, testis est Ptolemæus, qui sapientem stellas exuperare affirmat, & libro centum enūtiatorū, & procemio Apotelesmatū. Quare nec ex auguriis humani actus, nec ut à causis, nec ut à signis necessario proficiscuntur.

Phauorini argumentum aduersus auguria atq; Plinij.

PHauorinus uero fidem non esse diuinaculis adhibendã apud Gellium hoc pacto argumẽtatur, aut enim inquit, aduersa uentura dicunt, aut prospera, si prospera, & fallũt, miser fies frustra expectãdo, si felicia promittunt ea quæ uentura sunt, expectatio te spei suspensum fatigabit, & futurum gaudii fructũ spes tibi iam deflorauerit, si aduersa dicant, & mentiantur, miser fias frustra timendo, si non mentiantur, iam inde ex animo miser fias, antequam è facto fias. Insuper, ut Plinius inquit, nec liberi nec ingenui hominis est uaticiniorum suspitionibus addici, aut superstitionibus diuinatorum sollicitari.

Vnde & in sacris historiis monitum est à domino, non esse uestrum noscere tẽpora, uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate, nec iniuria quidem, nam si aliqua futura necessarium fuerit noscere pro publico bono generis humani, aut pro priuato alicuius personæ, hæc diuino nu

mine

mine fidelibus innotescunt.

Prima dilucidatio de auguriis.

SEd quoniam, ut Arist. inquit lib. de somno, nihil apud gentes famigeratum, ac probabile omni ex parte falsũ est habendũ, ideo sic de auguriis dici potest, quemadmodum de insomniis opinatur Arist. quod scilicet auguria alia diuina, alia naturalia, alia uero casu ac temere sit. diuina apud Romanos, Græcos'q; ipsos plurima fuerunt, ut Canem allocutum fuisse, & Serpentem latrasse, cũ pulsus esset à regno Tarquinius. Et Bouem ut proditur ueterũ monumentis locutum esse. Præterea arbores, ut. C. Epidius inquit, fuisse locutas, pauloante mortem Cæsaris. Equorum armenta comperta sunt pabulo abstinere, ubertim'q; flere ante mortem Caligulæ. Simulacrum Iouis Olympiæ tantum cachinnum repente edidit, ut machinis tabefactis, opifices diffugerint. M. Lepido &. Q. Catulo Consu. in uilla Galerii locutus est Gallus. C. Volumnio & Seruio Sulpitio conss, Bos mugitu in humanũ

humanum sermoné conuerso. Locutus est equus, cui nomen erat Xanthus apud Homerum. Ili. xix. loquens dixit, Patroclű sua ignauia non intercidisse, sed Deorum uoluntate ac fato, quibus nullo pacto sui corporis dotibus obuiam ire poterat. Puer infans semestris in foro boario triumphű proclamauit. C. Hostilio Mancino in Hispaniam ituro talis uox sine autore ullo peruenit ad aures, Mantine mane. Ante paulo quam Augustus Imperator factus esset, Bos in suburbano Romæ ad aranté locutus est, frustra se urgeri, non enim fruméta, sed homines breui defuturos. Hæc & id genus diuina auguria putauit antiquitas. Viri auté uita atq; doctrina sanctissimi, si aliqua essent, quæ diuina auguria fas esset dicere, ea signa, diuina auguria asserent, quæcumq; diuinam causam habere possunt, ceu Columba, quæ apparuit discipulis domini, augurium fuit eis ad futurum bonum. Et Magis stella, quæ apparuit, augurium fuit ad tutum iter, atq; rectum. Petro quoq; binus galli cantus

auguri-

augurium fuit ad conuerſionem in ſalu-
tem. Et quàmplurima huiuſmodi, ſi ea
fas eſt auguria nuncupare, hæc enim nu-
mine fieri concedimus cum pro cõmuni,
aut priuato bono futura prænoſcere ne-
ceſſarium eſt. Innuitur autem hæc fieri nu
mine per illud quod dicitur libro ſapien-
tiæ capite. vii. Attingit à fine uſq; in finem
fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, nu-
mine etiã non ſolũ corpora, ſed hominũ
mentes ad proprias actiones mouẽtur, per
illud quod in pſalmis dicitur. Illumina
oculos meos ne unquã obdormiã in mor-
te. Numine etiam uoluntates ad deſiderã-
dũ, atq; ad agendũ, ueluti Magiſter gentiũ
tradit, ad Philipp. cap ii. cũ inquit, Deus
eſt qui operatur in nobis & uelle ac perfi-
cere bona uoluntate: et apud Eſa. cap. xxvi.
omnia opera noſtra operatus es nobis,
quæ ratio docet diuina auguria eſſe, ſi fas
eſt diuina auguria appellare, non ea quæ
apud Romanos diuina dicebantur, quo-
niam illa fortaſſe à dæmonibus erant, ſed
ea, quorum cauſa eſt numen, de quibus
in ſactis

in sacris literis quærendum est. Naturalia uero quibus Medici, aut Philosophi naturales utuntur, ad aliquid futuri significandum, & dicuntur naturalia, quoniã eorũ assignari potest aut humana aut naturalis causa, humana quidem, ut si esset subitatius auium uolatus ex aliquo loco, hoc enim augurium esse posset, ad significandũ nobis eo loco latere insidias, è quo aues subito uolauerunt, cuius causa est assignata ex nostra humana industria. Naturalis uero, ut si quis glocitante frequenter Cornicula mox futuram prænuntiet pluuiam, ex naturali causa potest auspicari, quoniam naturali quodam instinctu ex impressione corporũ cœlesti, um producto mouentur pro ratione dispositionis aëris ad temporum cognitionem, ut necessarium est suis naturis, secundum illud Hieremiæ capite. viii. Miluus in cœlo cognouit tempus suum, Turtur, & Hirũdo, & Ciconia custodierunt tempus aduentus sui. Præterea si medicus binũ sternutamentũ pro augurio accipiat, dicat'q́ ægrotum

ægrotũ à mortis periculo liberari,ex natu rali causa hoc dicere potest, unum enim casu esse potest, plura uero duobus theu= matis impulsu, duo autem uirtutis ro= bur arguunt. Ad hæc in iram assuetam ægrotum redire pro augurio bono à me= dicis accipiũtur in ægrotis,præsagit enim ægrotos ad naturales dispositiones reuerti. Insuper si Medicus saltum pro augurio su mat ad significandum accidentia animæ, ut Gaudium,Iram,uel Tristitiam,et id ge nus,non est præter rationem naturalem, quoniam ut Auicenna inquit.lib.iii.Fen. iii.tractatu primo capite.xviii. Saltus ali= quando euenit ex animalibus accidenti= bus, nam motus spirituum qui est in ani= malibus passionibus,interdum conuertit humores in uentositates, quibus fit saltus menbri. Saltus etiam propter hanc cau= sam enuntiat apoplexiam, & cum perse= uerauerit in membrana cooperiente uen= trem præsagit melancholiam,& epilepsiã. Cum uero perseuerauerit in facie, tortu rã, cũ et in hypochõdriis,apostema præsagi.

Quare si quis tremorem pro augurio sumat ad significandum hæc, non præter naturalem rationem accipiet. Si etiam Meteorologicus tres soles sumat pro augurio ad significandum pluuias ingentes, non præter rationem naturalem facit, simili ratione si tres Lunas Clypeum'q; ardentem in cœlo, Armorum crepitus, Tubarum sonitum audiri, Lacte pluere & sanguine, ut M. Attilio, & C. Portio consulibus. Item carne, ut L. Volumnio, & Seruio Sulpitio consulibus. Rursũ ferro in Lucanis paulo anteq̃ M. Crassus occideretur à Parthis, ad significandum effectus naturales Meteorologicus pro augurio accipiat, non errat, quoniam naturales causas habere potest. Præterea si quis Vultures biduo, aut triduo uolare in exercitu in augurio accipiat ad significandum exercitus interemptionem, non errant. Si uerũ est quod Plinius inquit libro. x. Vultures cadauera futura, et præsentia præsentire. Sunt tertio auguria, quæ & nugatoria, & superstitiosa, & causualia dicuntur: uerbi causa, si quis sternu-

ſternutamentum acceperit pro augurio ad ſignificandum ueritatem eorum quæ quis dicit, aut euaſionem parati periculi, ſuperſtitioſe, nugatorie, & caſu uerum prædicit. Augures enim ſternutamentum pro augurio accipiunt ad multa ſignificãdum, ut uiſum eſt præſertim, ut Albertus inquit, ad ſignificandum duo, ueritatem uidelicet eius dicti cui ſternutamẽtum interuenit, & euaſionem parati periculi, utputa cum aliquis ſuſtinet inſidias ab aliquo, præſertim ſi bis ſternutauerit. Binũ enim ſternutamentum magnitudinem uirtutis ſignificat, quæ non eſſet niſi homo qui bis ſternutat, cœleſtibus uirtutibus eſſet adiutus, ueluti critica dies non eſſet, niſi uirtute cœleſti eſſet roborata, Virtute uero cœleſti fouente, dictum expletur, reiq; adequat̃, et ſic erit uerũ. Simili ratione auguriũ eſt ad ſignificãdũ euaſionẽ parati periculi, nã qui uirtutibus cœlorũ roborat̃, non poteſt à terrenis et ſublunaribus deuinci. Ego uero arbitror omne illud quod ſignificat ſternutamentum

præter euasionẽ infirmi, esse nugatorium, superstitiosum, & casuale. Casuale quidem, quoniam casu est, aliquo sternutante, ut euadat à periculo parato per insidias, quoniam præter intentionem sternutantis, & eorũ qui parauerunt insidias.
Nugatorium uero, quoniam si quis accipiat sternutamentum ad significandũ ueritatem dicti, uel euasionem parati periculi re utitur ad significandũ id, ad quod uirtus rei non se extendit, nõ enim uirtus sternutamenti potest ad hæc se ostendere.
Tale autẽ dicitur nugatoriũ, ut Augustinus inquit, libro .ii. de doctrina christiana.
Superstitiosum deniq;, quoniam importuna, ineptáq;, & non uera religione obseruatum, nam ut Gellius inquit, omnis importuna ineptáq; religio superstitio dici potest, propter hanc causã Deu. xviii. dicit. Nõ inueniat in te, qui lustret filiũ suũ aut filiã ducens per ignem, aut qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia atq; auguria, nec sit maleficus, aut incantator, nec Phitones consulat, nec diuinos, & quæ-

rat à mor-

rat à mortuis ueritatem. Simili ratione dicendum est de saltu, et uolatibus et cãtibus auium, cum enim accipiuntur ad significandum aliquid ultra uirtutes proprias, superstitiose, nugatorie, & casu accipiuntur. Ex iis perspicuum est, quibus auguriis sit credẽdum, quibus uero non. Diuinis enim ac naturalibus si quis crediderit, nec uanus, nec nugatorius, nec superstitiosus est. At qui auguriis credit, quæ non nisi casu significant, hic uanus est, superstitiosus, & nugatorius.

Dilucidatio ueræ causæ auguriorum superstitiosorum.

EX iis patet ueram causam superstitiosorum auguriorum esse dæmonem, nam ut Augustinus inquit libro.ii. quem de doctrina christiana scripsit. Omes artifices huius uel nugatoriæ, uel noxiæ, superstitionis, ex quadam pestifera societate hominum et dæmonum, quasi pacta infidelis, & dolosæ amicitiæ constituta penitus sunt repudianda & fugienda christiano, Dæmones enim talibus rebus efficaci-

am aliquando præstant, ut uanitatibus animos hominum implicent, & propterea dicitur in psalmis. Beatus uir, cuius est nomen domini spes eius, & non respexit in uanitates, et insanias falsas. Hactenus de uera auguriorum causa.

Reprobatio causæ aßignatæ à Plinio, per quam augurijs fidem præstabat.

PAtet insuper ex iis intētionem nostrā, qua augurium in bonū, uel malum referimus, non esse causam auguriis, ut uera significent, quemadmodum putauit Plinius, nam sic & imaginatio esset causa salutis, uel damni, quod falsum est, non enim potest uirtus accommodata uni corpori secundum Peripateticos esse uera causa alicuius in altero corpore, nisi forte causa excitans, ut patet de equis, quorū altero mingente, alter mingit, imaginatio enim qua quis imaginatur aduentum febris & febris uenit, non est causa nisi per accidēs illius. At imaginatio qua quis ambulando per angustum trabem imaginatur cadere, & cadit, causa est casus, nam casus ille profi-

le profi

le proficiſcitur ex timore, cuius cauſa eſt imaginatio caſus. Sed timor res eſt in nobis. Cum igitur imaginaria uis noſtra nec ſupra aues, nec ſupra beluas, nec ſupra auguria id genus uirtutem habeat, fit ut nec illa ſit ad auguria attinens.

Reprobatio cauſæ Plutarchi et iuniorum, per quam augurijs fidem præſtabant.

PRopter eandē cauſam patet uanitas cauſæ, per quā Plutar. fidem præſta-bat auguriis, cum enim dextrū & ſiniſtrū relationes ſint, quibus augurium dicitur dextrum, aut ſiniſtrū, nō ex parte augurii, ſed ex parte noſtri, fit ut cauſa hæc uana, nugatoria, & ſuperſtitioſa ſit, nō enim in relationibus uirtus eſt, ſe extendens ad hu iuſmodi ſignificationes, cum nec cauſæ ta lium ſint, nec effectus. Præterea quod eſt in comparatione ad animal, non eſt in ſe dextrum, nec ſiniſtrum, & quod non eſt in ſe dextrum, uel ſiniſtrum non poteſt eſſe in ſe bonum uel malū. Quare nul-lū augurium bonum, aut malum eſt, niſi per accidens, ac temere, quatenus accidit

aut transeunte à dextro in sinistrum, ut negocia perficiam, quoniam plærumq; oppositũ obseruauimus, per idẽ reprobatur iuniorum causa, ut consideranti patet.

Reprobatio causæ eorum qui ex sitibus cœli augurijs fidem præstant.

PRopter eandem rationem reprobatur eorum causa, qua ex situ cœli auguriis fidem præstabant. Nam auguria bona sunt, quoniam uersus eandem partem cœli, in qua beneficæ stellæ uigent, proficiscũtur, & mala quæ uersus eandem partem, in qua maleficæ uim habent, omne quod uersus eãdem partem moueretur esset bonum, in qua beneficæ uim habent, malũ uero uersus eam, in qua maleficæ. At contrariũ sæpe obseruauimus, quippe cũ sæpissime uidimus beneficas motibus propriis inerrare ad partes, ubi prius maleficæ erant, & è contrario etiam, et tamen auguria quæ ui cœli bona esse debebant, mala esse obseruauimus, & quæ debebant esse mala uirtute cœli, uidimus bona esse. Quod non est ob aliud nisi quia auguria nullam

nullam per se significationem habent, nisi temere ac casu. Ex eisdẽ patet error eorum, qui auguriis fidem præstant propter stellas, quæ præsunt domui nonæ tẽpore augurii, nam ut recte doctor sanctissimus putat, si stellæ non possũt in actus nostros nec auguria, si ab eis dirigerentur, poterũt in actus nostros. Non enim maior uirtus esse poterit in sagitta quam fuerit in proiiciente. Quod uero stellæ non possunt in actus nostros, nunc supponẽdum est, quoniam alibi probauimus.

Reprobatio causæ aßignatæ à Themistio, Theophrasto, Mercurio, Varrone, & à cæteris alijs.

QVi uero dixerunt auguriis fidẽ esse præstandam, quia mouẽtur à deo si de auguriis superstitiosis, & nugatoriis, & temerariis, loquantur deridendi sunt, simili ratione refutandi, qui dicunt auguria moueri à bonis geniis, qui intelligentiæ siue angeli dicuntur, nam nihil superstitiosi, nihil nugatorii, nihil uani esse potest à sĩpliciter bono. Varronici uero, et alii

qui dicũnt auguria moueri à Luna sola uel à dæmone, bono interuentu Lunæ, sunt ominno explodẽdi. Si enim sola Luna per signa decurrẽs causa mouens esset, contingeret eidem eodem tempore bonum & malum significari, nam si Luna tenente Arietem bestia domum ingrederetur, malum portenderetur, quoniam præsagiret litem, & calumniam, quæ mala sunt. At si Luna tenente Arietem, in domo sonitus audiretur, bonum præsagiretur, quia gaudium & lætitiam: sed cum eodẽ tempore hæc utraq; esse possint, eodem etiam tempore Luna tenente idem cœli signum, bonum, & malum augurium fieri contingeret, quod ridiculum puto. At si bonus Dæmon auguria mouet interuentu Lunæ, ut iuniores putant, hoc longe magis superstitiosum, nugatorium, & uanum esse uidetur, nam cum Luna & genius bonus ordinatissimæ res sint omni nugatione superstitione, & casu carentes, nõ uidentur mouere ea quæ ueri nihil significant, nisi in superstitione intelligãtur.

Ad hæc actus nostri non proficiscuntur à Luna, nec ab ipso genio, cum in uoluntatem nostram non possint, est tamen uerū dæmones certis stellis obseruatis præsertim Luna, concurrere ad multa agenda, hoc enim agunt, ut homines ad eum errorem inducant, quo credant aliquod numen esse in stellis. De auguriis finis.

INDEX CAPITVM PRIMI LIBRI.

De rebus


Opinio

INDEX CAPITVM SECVNDI LIBRI.

FINIS.

ORI APOLLINIS NILIACI DE HIEROGLY-phicis notis Libri II, à Bernardi-no Vicentino latinitate donati.

CHVONRADO PEVTINGER AVGV= ſtano, Iuriſconſulto, Bernar= dinus Trebatius Vicenti= nus S. D.



N Otum latinum, ſi modo id ſum conſecutus, exhibeo tibi patrone optime, ſit enim hæc tui ueriſſima appellatio. nam, ut omittam dicere de hominibus, patro= nus es Reip. literariæ, debet tibi omne ge= nus ſcriptorum. ſiquidē ſic omniū es ſtu dioſus ut om̄es habere uelis, cōquiras un diq;, nonnulli multos annos deſiderati nunc demū tua opera legātur. Hiſtoriarū uero ſeries omnis per te explicat̄, ac habēt in te uiuū exemplar. Antiquitas ipſa nul lo magis gaudet alumno. Romani autē Cæſares quem alium malint curatorem? Nō tibi eorum geſta cognouiſſe ſatis, eos ipſos ſignatos omnes in chartis, ære, argē to, ſolido auro demonſtras. Et quod ui ui non potuerunt, mortui adepti ſunt: ut eodem tempore, & iuuenes, & ſenes, & in

omni ætate quales fuerint cõspici possint. Sed & ipsi Romani duces, quod non secundo perierint tibi acceptum referunt: tu eorum epigrammata colligis undecunq;, etiam uetustate collapsa, dimidiata ferè, restituis, ac das ut, postq̃ in marmore nequeunt, in chartis legantur. Sed quid ego hæc de te ad te? aliis melius aliquãdo narrabo. Quin Græci ipsi, si quis inferis sẽsus, tibi bene præcantur. Nam cum iam desint ex eorum genere qui legant, curas tu ut à latinis legi possint: optarem uel hac causa patere mihi Græcorum penetralia, ut satis tuæ possẽ facere uoluntati: debeo enim tibi omnia, cum ob beneuolentiam, tum ob merita multa: tu mihi uiso tantum, omnia amicitiæ, uel antiquissimæ officia præstitisti: domo me suscepisti: petenti omnia tribuisti: multa etiam ultro obtulisti, id'q; nullis meis in te meritis. Quod & si in omnes itidem humanus es et liberalis, me tibi tamẽ plus cæteris debere sentio. Verũ in præsenti, qui me memorẽ ostẽdã, habeo nihil præter animum, et hoc quic-

quid est libelli, qué, quia non ingratum tibi fore sentiebam, transtuli maiori uolútate, q̄ facultate: nam & adhuc in hac lingua peregrinor, & est libellus eiusmodi, ut ne à Græcis quidem ipsis totus legi possit. Inerunt & quæ fortasse nugatoria ac frigida uideantur, quæ tamen ego non omisi, non enim Censoris, sed Interpretis fungebar officio. Nec animus fuit ita religiose uertere, ut uerbum uerbo redderem, quid enim ineptius? Latinis enim, non Græcis laboraui. Quantum autem effecerim, tu facillime iudicabis, & statues an eiusmodi sit opusculum, ut ei in tua refertissima bibliotheca locus esse debeat. Vale decus patriæ, ac meliora, si deus annuerit, aliquando expectes. Augustæ, duodecimo Caleñ. Maias. Anno M. D. XV.

Ori

ORI APOLLINIS
NILIACI HIEROGLYPHI-
ca, per Bernardinum Trebatium Vicentinum de Græcis translata.

Quomodo Æuum significent.



Euum significantes Solem & Lunã describunt, eo quod sint hii Planetæ æui elementa. Aeuum aliter scribere uolentes Serpentem pingunt, caudam reliquo corpore tegentem, eum uocãt Aegyptii Vreum, id est Basiliscum. Quo quidẽ aureo formato, deos circundant. Aeuum autem dicunt Aegyptii per hoc animal significari: quoniam cũ sint tria genera serpentum, cætera quidem moriuntur, hoc solum est immortale, hoc & quodlibet aliud animal solo spiritu afflans, absq; morsu interemit. Vnde cum uitæ & necis potestatem habere uideatur, propter hoc ipsũ deorũ capiti imponunt.

Quomodo Mundum.

MVndum scribere uolentes Serpentem pingunt, suā ipsius caudam deuorantem, distinctū uariis squamis, per quas Mundi astra figurant. Et grauissimū quidē hoc animal est pro magnitudine, quemadmodum terra. est etiam lubricū et in hoc aquæ simile, ac singulo quoq; anno pellem unà cum senio exuit. Secundū quam rationem & in mundo annuum tempus mutationem faciens iuuenescit. Quod uero pro cibo corpore suo utitur, significat id quæcunq; diuina prouidentia generantur in mundo, hæc omnia in eundem diminutionem pati.

Quomodo Annum.

ANnum significare uolentes Isidem, hoc est, mulierem pingunt. hoc ipso etiam deam significant. Est autem apud Aegyptios Isis astrum, eorum lingua Sothis nominatum, Græcorum uero Astromion. quod et cæteris astris uidetur dominari, aliquando maius, aliquando minus apparens, & nunc quidem clarius, secus aliàs.

aliàs. Adhuc etiã in eius ortu, omnia quæ proximo anno futura sunt, prouideri solent. Qua ex re non immerito annum appellarunt Isidem. Et aliter annum describentes palmã arborem pingunt, eo quod hæc sola præter aliarum naturam ad Lunæ ortum ramum unum emittit. ita ut in duodecim ramis ãnus integer perficiatur.

Quomodo Mensem.

MEnsem scribẽtes ramum pingunt, aut Lunam inuersam. Ramũ quidem ob eam, quæ in palma arbore dicta est causa. Inuersam uero Lunã, quoniam ut dicunt, cum statim oritur quindecim restant partes, ad hoc ut cornibus in superiorem partem diductis appareat. Cum uero occultatur, triginta dierum expleto numero in partẽ inferiorẽ cornua declinat.

Quomodo Annum insequentem.

ANnum insequentem significantes quartam partẽ arui describunt. Est autem aruum mensura terræ cubitorum centum. uolentes autem annum dicere,

quartum dicunt, quoniam ut perhibent, ab ortu astri, quod Sothidem uocant, ad alium ortum interest diei pars quarta. Et esse annum solis dierum trecentorum, et quinqꝫ supra sexaginta. Vnde quarto quo que anno dië superfluū Aegyptii adnume rant, quater enim pars quarta, dië cóplet.

Quid significent scribentes Aquilam.

CVm uolunt deum significare, aut al titudinem, aut depressionem, aut ex= cellētiam, aut sanguinem, aut uictoriam, Aquilam pingunt. Deum quidem, eo quod sit auis hæc fœcunda & longæua. Et ad hoc quod uidetur simulachrū esse Solis, cùm præter cæterorum uolatilium naturam intentos oculos teneat in radios solares. Vnde & medici in oculorum me delam herba ab aquila dicta utuntur: et so lem tanq̃ dominū uisus aliquando Aqui læ forma depingunt. Altitudinem, quo niam cætera quidem uolatilia, cū uelint in altum ascendere, oblique feruntur, cū non possint in directum uolare, sola autē

Aquila

Aquila in altũ recta fertur. Depreſſionem. qnoniam eodem modo cæteræ aues obli que ad terrã feruntur, Aquila ſola recta deſcendit. Excellentiã, quoniã Aquila cæteris uolatilibus præſtare uidetur. Sanguinem, quoniã, ut dicunt, Aquila non aquã, ſed ſanguinẽ bibit. Victoriã, quoniã uidetur reliquas aues om̃eis ſuperare. Si cui enim congreſſa uinci ſe ſentiat, reſupinat ſeſe, ac dirigit ungues, alas ac dorſũ ad terrã uerſa, atq; hoc modo pugnat. Auis uero inimica, cũ hoc facere neq̃at, facile in fugã uertitᷣ.

Quomodo indicant Animam.

ET pro anima Aquila ponitur, ex nominis interpretatione. Vocatᷣ enim apud Aegyptios anima Baieth. hoc autẽ nomen diuiſum, animam ſignificat & cor, eſt enim bai anima, eth uero cor. Cor uero apud Aegyptios eſt ambitus animæ, unde nomen ipſũ ſonat, quaſi cordatam animam. Qua ex re Aquila eiuſdem naturæ cum anima, ut plurimum aquam non bibit, ſed ſanguinem, quo & anima nutritur,

Quomodo Martem & Venerem.

MArtem & Venerem scribentes duas aquilas pingunt: marē, quem Marti comparant: & fœminam, quam Veneri. Et hoc ideo quia reliqua animalia non semper mari ad omnem mixtionem parere uolunt, Aquila uero, semper. Ter decies enim in die compressa postq̃ surrexerit, si mas uocet, denuo accurrit. quapropter cum maxime sit in Venerem prona, Aegyptii eā Venerem uocant. Et propter hoc etiam Aquilā Soli dicarunt, quia Solem imitata ter denum numerum coëundo complet. Aliter Martem & Venerē scribentes, geminas cornices pingunt, marem & fœminam. quoniam hoc animal duo oua parit, ex quibus marem & fœminam generari oportet. Si autem eueniat, quod raro euenit, ut duo mares generentur, aut duæ fœminæ, iugati mares cū fœminis alteri cornici non admiscentur. Itidem neq; fœmina alteri mari, uerum dissociati soli degunt. Ideo unicæ cornici

occur-

occurrentes augurantur futurum, ut uiduali uita sibi uiuendum sit.

Quomodo Nuptias.

CVm nuptias significare uolunt, geminas cornices pingunt, ob eã quæ supra dicta est causa.

Quomodo Vnigenitum.

VNigenitum significantes, aut generationem, ut patrem, aut mundum, aut hominem, Scarabeum pingunt. Vnigenitum quidem, quoniam per se generatur hoc animal non conceptum à fœmina. huius enim solius generatio talis est. Cum libuit mari procreare, excremento bouis inuento, ex eo pirulam conficit rotundam, ad cœli similitudinẽ: quam innixus tergo rotat ab ortu occasum uersus, ad orientem Solem ipse respiciens, quoad rotunda effecta mundi formam acceperit. Sol enim ab oriente in occidentem fertur. Iterum rediens in orientẽ. Contrario uero motu fertur astrorum cursus ab occidente in orientem, hanc igitur pirulam defodiens relinquit octo & uigiuti dies.

tot enim diebus Luna duodecim signa, quæ sunt in Zodiaco metitur, & sub ea perficitur animatum Scarabeorũ genus. Nono autem et uigesimo die pirulam aperiens, in aquam proiicit: hoc enim die putat coniunctionem Solis fieri & Lunæ, et mundi insuper generationem: qua aperta in aqua animalia prodeunt, quæ sunt Scarabei. Generationem, propter eã quæ dicta est causa. Patrem, quoniam à solo patre ortum habet Scarabeus. Mundũ, quoniam similem figuram generationis habet cum mundo. Hominem autem, quoniam in ea specie fœmina non inuenitur. Sunt autem Scarabeorum tres formæ. Prima feliforma & lucida, quam ob similitudinem Soli dicarunt, ferunt enim marem felem: oculorum pupillas uariare ad cursum Solis, oblongæ enim fiunt mane ad ortum Solis, rotundæ deueniunt circa meridiem, obscurantur autem occidente Sole. Vnde & in urbe Solis dei statua est feliforma. Et habet Scarabeus digitulos triginta

ginta,ob triginta dies mensis, in quibus Sol oriens suum perficit cursum. Secundum genus bicorne & tauriforme est,& Lunæ consecratum:à quo & in cœlo taurum ascendentem Lunæ esse uolunt Aegyptii. Tertia species habet unum cornu tantum,et propriam formam,quam Mercurio dicatam putauerunt. Sicut & Ibis auis esse dicitur.

Vulturem scribentes quid significent.

MAtrem scribentes, aut uisum, aut terminum, aut præcognitionem, aut annum, aut misericordiam, aut Palladem, aut Iunonem, aut duas dragmas, Vulturem pingunt. Matrem quidē, quoniam in hoc auiū genere mas nō inuenitur.Eorū uero generatio fit hoc modo.Cū uult concipere Vultur genitale uas ad Boream aperit, et sic perstat diebus quinq;,in quibus ne ꝗedit, neq; bibit, & hoc modo fœtū cōcipit. Sūt et alia genera

Vulturum

Vulturum, quæ non ad uentum concipi
unt, quorum generatio ouorum ad cibũ,
non etiam ad fœtum procreandum utilis
eſt. Viſum, quoniã inter cætera animalia
acutius proſpicit. in ortu enim Solis ad oc
caſum reſpiciens, & in occaſu ad ortum
ex longo interuallo proſpicit quód edat.
Terminum, quoniam futuro bello, locũ
terminat, ſeptem diebus præueniens. Præ
cognitionem, ob dictam cauſam, & quo=
niam ad eam partem reſpicit, in qua altera
pars inferior futura eſt. inhiãs occidẽdorũ
maiori parti. Vnde ſolebant antiqui reges
ſpeculatores mittere, qui renũtiarent, quã
in in partem uerſi reſpicerent Vultures. An
num, quoniam trecentos ſexaginta quin
que dies, quibus perficitur annus, diuidit
hæc auis hoc modo. Centum & uiginti
dies in terra manet, nec ſe unquam humo tol
lit: pullorum curã gerens, eosq́ nutriens.
ducentos & quadraginta ſeipſum curat,
neque nutriens neque concipiens. Tantum
modo ad aliam conceptionem ſe præpa-
rans. quinque reliquos dies, ut dictũ in con-
cipiendo

cipiendo consumit. Misericordiã, quod perabsurdum fortasse uideatur, cum animalium nulli hoc animal pareat, tamen ob hanc causam ita posuerunt, quoniam totis diebus cẽtum, quos enutriendis pullis impertitur, ferè nunquam euolat. ac si quãdo cibus, quo fœtus enutriat desit, ne fame conficiantur uulnerato sibi fœmore, sanguinem sugendũ præbet. Palladem & Iunonem, quoniam uidetur Aegyptiis Pallas quidẽ superius cœli hemisperium sibi uendicasse, Iuno uero, inferius. Vnde & absurdum putant cœlum masculino genere notari: cum generatio Solis & Lunæ, & reliquorum syderũ fœmineo opere perficiatur. Et Vulturũ genus, ut dictũ est, est tantum fœmininum, ob quã causam huius sexus cæteris auibus Vulturem regẽ adscribunt: quo quidem Vulture, ne in longum protrahatur sermo, quancũque deam designant. Matrem insuper significare uolantes Vulturem pingunt. Est enim mater fœminei sexus. Duas autem dragmas picto Vulture notant, quoniã apud Aegyptios

Aegyptios unitas sunt duæ dragmæ. Vnitas auté principiũ est omnis numeri, nõ immerito igitẽ duas dragmas significare uolentes Vulturem scribunt, cum & mater & principium, quemadmodum unitas esse uideatur.

Quid Astrum scribentes significent.

DEum significantes, aut fatum, aut quinquenarium numerum astrum pingunt. Deum quidem quoniam diuina prouidentia omnis stellarum, ac totius mundi motus cõficitur, uidetur enim sine deo nihil penitus posse consistere. Fatum, quoniam constat ipsũ ex stellarum motu. Quinquenarium uero numerum, quoniam cum sint plura in cœlo astra, ex eis quinq; sola mota, totius mundi dispensationem conficiunt.

Cynocephalum scribentes quid significent.

LVnam uolentes significare, aut orbẽ terrarum, aut literas, aut iram, aut natationem, cynocephalũ pingunt. Lunam quidem

quidem,quoniam hoc animal uarie affi-
citur ad cursum Lunæ. Quando enim Lu
na Soli iuncta non apparet,tūc mas Cyno
cephalus neq; uidet, neq; comedit, tristis
est autem, oculos in terram deiectus, tan-
quam Lunæ raptum lamētetur. Fœmina
uero, prætereā quod non uidet, & eodem
modo quo mas afficitur, fluxum sangui-
nis emittit ex naturalibus. Vnde in sacris,
et in hæc usq; tēpora nutriūt Cynocepha-
los, ut per eos pateat Solis et Lunæ cōiunc-
tio. Orbē terrarū, quoniā dicunt duo et sep
tuaginta esse climata mundi, hos autem
diligenter nutritos in sacris ac curatos nō
mori, quēadmodū cætera animalia, uno
die, uerum singulo quoq; die partē earum
defunctam sepeliri à sacerdotibus, reliquo
corpore adhuc pristinā naturam retinēte,
et sic deinceps fieri usq; ad secundū supra
septuagesimū diē, et tunc deniq; totū mo-
ri. Literas, quoniam innatæ sunt literæ Cy
nocephalis apud Aegyptios. Vnde cum
primum aduectus est in templum Cy-
nocephalus, apponit ei sacerdos tabellam,
stilum

ſtilum ac atramentum, pericuium faciens an ſit ex genere à literis non abhorrente & inſcribit. Itam, quoniam animal hoc ſupra cætera animalia iracundum eſt. Natationem uero, quoniam reliqua animalia, ſi natationem frequentent ſordida ac ſqualida fiunt: ſolus Cynocephalus quoquo ul enatat, nullis unq̃ fœdatus ſordibus.

Quomodo nouam Lunam ſignificent.

NOuam Lunam ſcribere uolentes, iterum Cynocephalum pingunt, ſtantem, & pedes anteriores in cœlum tollentem, habentem'q; regale ſignum in capite. Hac figura ſcribunt Cynocephalum, cum noua Luna apparet, tanq̃ deo gratias agat, quod Luna præteruecta Solem, luceat & ipſa, nec lumen Solis impediat.

Quomodo æquinoctia ſignificent.

AEquinoctia, quæ bis in anno con/tingunt, ſignificare uolentes Cynocephalum ſedentem pingunt. hic enim tempore æquinoctii per ſingulam horam

horã duodecies in die mingit, hoc idẽ facit et noctu. Qua ex re non sine ratione in hydrologiis Cynocephalũ sculpunt Aegyptii, et ex menbro faciũt aquã defluere. Quoniã, ut ãte dictũ est, duodecim horas mingẽdo significat: ne autẽ foramẽ per quod exit aqua in horologiũ, latius sit aut angustius, utrunque enim rationẽ horarũ impediret, extrema ipsius depilata cauda ad huius crassitudinem, ferreã fistulam in hunc usum parant, atque hoc placuit eis sic facere non sine ratione, quemadmodũ nec in aliis rebus, & quia etiã in æquinoctiis solus ex omnibus animalibus duodecies latrat in die per singulas horas.

Quomodo Animum, Iram, aut furorem significent.

ANimum, Iram, aut Furorem significare uolentes Leonẽ pingunt. Caput magnũ habet hoc animal, & oculorũ pupillas ignitas, corpus rotundũ, et pilos radiis similes, adimitationem Solis. Vnde et sub solio Solis Leonẽ pingũt, demõstrãtes ipsius ad Solem similitudinem.

Quomodo Fortitudinem.

Fortitudinem significantes Leonis anteriotis partes describũt, eo quod hæc membra latiora habeat reliquo corpore.

Quomodo Vigilantem.

Vigilantem aut custodem scribentes, caput Leonis pingunt, quoniã Leo, cum uigilat habet oculos clausos, cũ uero dormit, tenet reseratos, quod quidem uigiliæ signũ est. Vnde non immerito ad sacrorũ claustra apponũt Leones tanq̃ custodes.

Quomodo Formidolosum *hominem.*

Formidolosũ significãtes, eodẽ utuntur signo, cũ sit hoc animal inter cætera fortissimũ, omnibus occurrens timorẽ incutit.

Quomodo Nili *inundationem.*

Nili inundationes significantes, uocant autem Nilum Num, quod lingua nostra idem est quod nouũ, aliquando Leonem pingunt, aliquando tres hydrias. Leonem quidem, quoniam cum Sol intrat Leonem, maximas inundationes facit. Tres uero hydrias & neq; plures, neq; pauciores, quoniam triplex causa inundationis

undationis assignatur. Vna quidem ipsa Aegyptia terra, quæ aquã ex se generat. Altera oceanum, refluit enim oceanũ inundationis tẽpore per Nilũ. Tertia causa sũt imbres, qui plurimi sunt per tẽpus inundationis ad partes Australes Aethiopiæ. Quod autẽ Aegyptus aquã generet, potest hoc modo cognosci, in cæteris enim climatibus mũdi inundationes fiũt hyemali tẽpore ob continuos et immodicos imbres, sola autẽ Aegyptus media in orbe terrarũ, quẽadmodũ in oculo pupilla, æstate gignit sibi Nili inundationes.

Quomodo Aegyptum scribunt.

Aegyptũ scribẽtes, acerrã ardentẽ pingũt, et desuper cor, indicantes quod quẽadmodum cor Zelotipi continue uritur, sic & Aegyptus ob caliditatem continue, quæ illic sunt animalia, procreat.

Quomodo hominẽ nõ peregre proficiscentẽ.

Hominem non peregre proficiscentem significantes, caput Asini pingunt, quoniam neq; historias audit, neq; eos qui peregrinati sunt, sentit,

Quomodo Tutellam.

Tutellam scribentes, duo hominũ capita pingunt, maris unũ intro aspiciens, alterũ fœminæ, extra, sic enim dicunt nullũ dæmonẽ posse inuadere, quoniã & sine literis, duobus capitibus seipsos custodiũt.

Quomodo Embrionẽ.i.imperfectũ hominẽ.

Embrionem significantes, Ranam pingunt, quoniam huius generatio ex fluminis limo perficitur. Vnde est uidere interdum semiperfectã Ranã, ex parte quidem animal, ex alia uero parte terrestre quiddã, ita ut flumine deficiẽte deficiat et ipsa.

Quomodo Orationem.

Scribentes orationem, linguã pingunt, & uulneratũ oculũ: primas partes sermonis linguæ dãtes, secundas oculis, sic enim perfectæ animæ oratio consistit cũ ad ipsius motum confirmatur. Aliter orationem significãtes linguã pingunt, & subter manũ, orationis primas attribuere uisi linguæ, secũdas uero manui, tãꝗ linguæ uolita perficienti.

Quomodo

Quomodo Taciturnitatem.

Taciturnitatem significãtes, numerum scribunt, M.LXXXXV. qui numerus est annorũ trium, constituto anno ex diebus CCCLXV. Intra quod tempus cum non loquatur infans, significatur, & si linguã habuerit, illi tamen uocem defuisse.

Quomodo patens quid.

Patens quid significare uolentes, Leporem pingunt, habet enim oculos hoc animal semper apertos.

Quomodo uocem remotam.

Vocem remotam significare uolentes, quæ apud Aegyptios uocatur Væe, uocẽ aëris scribunt, id est tonitruum, quo neq; grauius quicq̃ sonat, neq; uehementius.

Quomodo Voluptatem.

Voluptatem significantes, XVI. numerum scribunt, hinc enim incipiunt homines Veneri indulgere & generare.

Quomodo Coitum.

Coitum significantes numerum XVI. scribunt geminatum, quia enim filii sunt ex uoluptatibus, coitus uero ex geminis

uoluptatibus maris ſcilicet et fœminæ,pro pter hoc ſecundũ numerũ XVI adiungũt.

Quomodo antiquam ſtirpem.

Antiquã ſtirpem ſignificare uolentes,pa pyrorũ faſciculũ pingunt, per hoc ſignificãtes primos cibos,cibi enim aut nationis nullus principium inuenerit.

Quomodo guſtum.

Guſtum ſignificare uolentes, gutturis principium pingunt,omnis enim guſtus ad hoc uſq; ſeruatur. Dico autẽ perfectum guſtum.Guſtum uero imperfectum cum uolunt ſignificare,linguam in dentibus pingunt,his enim omnis guſtus perficit̃.

Quomodo Animam diu in uita durantem.

Animam diu durantem,aut inundationem ſcribere uolentes, Phœnicem auem pingunt. Animam quidem, quoniã præ cæteris animalibus longiſſima eſt huic uita.Inũdationem uero, quoniã ſignum eſt Solis Phœnix,quo nihil in toto mundo maius eſt,ad omnes enim aſcendit,omnes perſcrutatur Sol.

Quomo

Quomodo eum qui sero à peregrinatione redeat.

EVm qui sero à peregrinatione redeat cum scribere uolunt, rursus Phœnicem auem pingunt. Hæc enim post quingentesimũ annũ, cum iam est morti propinqua, in Aegyptũ remeat, ac si præueniat ante obitum curatur mistice ab Aegyptiis, et quæcunq; aliis sacris animalibus tribuunt, hæc et Phœnici omnia debentur, gaudet enim Sole maxime Phœnix, in Aegypto præcipue, utpote illic uehementi. Vnde et illius calore dicũt inundare Nilũ.

Quomodo cor.

Cor cum uolunt indicare, Ibidem pingunt, est enim hoc animal Mercurio dicatum, omnis cordis et rationis domino, et Ibis ipsa maius quàm pro magnitudine corporis cor habet, de qua sermo est plurimus apud Aegyptios.

Quomodo peritiam.

Peritiam indicantes, cœlum pingunt rore pluens, quoniam quemadmodũ ros in omnes plantas decidẽs mollit eas, quæ

habent huiuſcemodi naturam, ut molliri queant, aliàs uero nequaquam, quæ ſuapte natura duræ ſunt, ſic et peritia omnibus hominibus ſe præbet, ac eã ingenioſi tanquàm rorem imbibunt, obtuſi uero hoc facere non poſſunt.

Quomodo Ægyptiacas literas.

Aegyptiacas literas ſcribentes, aut ſacrũ ſcriptorem, aut finem, atramentum, et cribrũ & iuncum pingunt. Literas quidem, eo quia omnia apud Aegyptios ſcripta his perficiũtur, Iunco enim ſcribunt, non alia re: appingunt autem cribrũ, quoniam hoc primum inſtrumentũ ad conficiendum panẽ ex Iunco fit. Indicãt enim omnem, qui uictũ habeat, literis operam daturum, qui uero non habeat, diuerſæ arti uacaturum. Vnde apud ipſos peritia Sbo uocatur, quod interpretatur cibi plenũ. Sacerdotem, ſiue ſacrum ſcriptorem, quoniam hic necẽ et uitã diiudicat. Eſt enim apud ſacerdotes liber, qui uocatur Sacra ambris, per quem indicant de ægroto, uicturus ſit an moriturus. Finem autẽ, quoniam qui

literas

literas didicit, tranquillum uitæ cursũ asse cutus est, liberatus omnibus humanæ uitæ calamitatibus.

Quomodo iterum sacrum scribam.

Scribam iterum significare uolentes, aut Prophetam, aut splenem, aut odoratũ, aut risũ, aut sternutationem, canem pingunt. Scribam quidẽ, quoniã eũ qui debet esse perfectus scriba, oportet multa meditari, adlatrare omnes quodãmodo, agrestem esse, nemini gratificari, quemadmodum nec canes. Prophetã, quoniam præ cæteris animalibus admiratur canis, et obtutu firmo intuetur simulachra deorũ, quemadmodũ prophetam. Splenem, quoniam leuissimũ spenẽ canis habet, et ex eo mors est illi & rabies aliquando, et ministri canem curantes, cũ est moriturus, ut plurimum splenetici fiunt. Odoratum uero, risũ et sternutationẽ, quoniã qui planè sunt splenetici, neq; odorare, neq; ridere, neque sternutare possunt.

Quomodo hominem qui sit magistratus.

Magistratum scribentes, iterum canem

pingunt, cui addunt regiá ſtolam nudæ figuræ appoſitam, quoniam quemadmodum canis, ut ante dictum eſt; in deorum ſimulachra intentis oculis proſpicit, ſic et magiſtratus antiquis temporibus in nudum regem proſpiciebant, cuius gratia uendicat ſibi regiam ſtolam.

Quomodo ſacrum pallium ferentem.

Sacrum pallium ferentem cum uolunt ſignificare domus cuſtodem pingunt, eo quod cuſtodiatur ab illo pallium, quemadmodum à cuſtode domus.

Quomodo horoſcopū.i.eū qui computat horas.

Horoſcopum ſignificare uolentes, hominé pingũt horas comedenté, nõ quod horas comedat homo, hoc enim impoſſibile eſt, ſed qđ in horas hoiés cibũ parent.

Quomodo Ignorantiam.

Ignorantiá ſcribentes, ignem et aquam pingunt, eo quod his duobus elementis omnis corruptio fiat.

Quomodo ſceleſtum hominem, aut odium.

Sceleſtum autem & odium ſignificantes, piſcem pingunt, eo quod huius uſus

execretur

execretur et interdicatur in sacris, destruit enim quodcunq; reperit omnis piscis, nec suo quidem generi parcit.

Quomodo Os.

Os scribentes Anguē pingunt. Anguis em̄ nullo alio mēbro pollet prærerq̄; ore.

Quomodo uirum fortem & temperatum.

Virum fortem eundem´q; tēperatū significare uolētes, taurū integræ ualetudinis pingunt. Habet em̄ hoc animal membrū calidissimū, adeo ut uaccæ iunctus, sine ullo motu semen emittat. Quod si quando à naturali loco deuiet, et in aliā corporis partē mēbrū intēdat, uulnerat uaccā præpotenti illius intensione, sed et tēperans est, nā post cōceptū uaccæ nunq̄; cū illa coit.

Quomodo auditum.

Auditū scribētes, tauri auriculā pingūt. Bos em̄ postq̄; concipere appetit, appetit autē non longiori tēpore q̄; tribus horis, tūc mugit q̄; maxime potest, in quibus si non taurus accurrat, naturam claudit usq; ad aliud determinatū tēpus, hoc aūt raro accidit, audit em̄ taurus etiā si lōgius absit: & intel-

et intelligens eam appetere accurrit ad coitũ, faciẽs hoc ſolus ex cæteris animalibus.

Quomodo fœcundum Penem.

Penẽ fœcũdũ ſignificantes hircum pingũt, non autẽ taurũ, nã hic poſt annũ integrum tantũ coire incipit. Hircus uero poſt ſeptimũ diem ab ortu coit, & quanquàm inualidum et ſterile ſemen emittit, coit tamẽ citius cæteris animalibus.

Quomodo Peccatum

PEccatum ſignificãtes, Orygem animal pingunt, quoniam apparente Luna, ſi ad eam reſpiciat, clangorem emittit, neque odorans eam, neq; benedicens, huius autem rei ſignum manifeſtiſſimum eſt: prioribus enim pedibus effodiens terrã, caput abſcondit, tanq̃ ægre ferat, ac nolit aſpicere Lunæ ortum, hoc idẽ facit oriente Sole. Quamobrem antiqui reges horoſcopo ortum ſibi nunciante, animali huic aſſidentes, per hoc medium tanq̃ gnomonem quendam exacte de ortu perquirebant. Et ſacerdotes hunc ſolum ex uolatilibus comedunt, quoniã inimicitiam quandam

in deam

in deam exercere uidetur, nam si in solitudine aliqua nactus sit fontem, postquàm biberit, aquã turbat, ac puluerem aut lutũ pedibus immittit. Et hoc facit ea de causa, ut inutilis fiat aqua cæteris animalibus, adeo scelesta & odiosa putatur Orygis natura, hoc enim impie facit, cũ ipsa dea omnia generet, omnia nobis quæ toto mundo utilia adaugeat.

Quomodo Interitum.

Interitum significãtes Muré pingunt, hic enim omnia degustãs coinquinat, ac inutilia reddit. Eodé signo utuntur, cum iudicium significare uolunt, pane enim multo ac diuersi generis simul posito, optimũ quenq; seligés comedit. Vnde et optimi panis iudiciũ in Muribus esse putatur.

Quomodo Impudentiam.

Impudentiam significantes, Muscam pingunt, ea namq; abacta continue nihilominus redit.

Quomodo Notitiam.

Notitiam cum uolunt significare, Formicam pingunt, nouit enim hæc tutas sibi parare

bi parare

ſibi parare latebras, ad hæc præter morem cæterorum animalium in hyemem ſibi cibum parans non deuiat à ſuis latebris, uerum rectà ad ipſas pergit.

Quomodo Filium.

Filium ſcribere uolentes, Chinalopiam pingũt. Eſt em̃ hoc animal maxime pullorum amans, et ſi quando inſequatur ſe uenator, & unà pullos, ſponte uenatoris præda fit, ſi modo poſſit ſic faciens ſeruare pullos, quam ob cauſam uiſum eſt Aegyptiis id animal filio comparare.

Quomodo Dementem.

PElicanum auem marinam pingẽtes, dementem ſignificãt. Hæc enim auis cum poſſit in altioribus locis, quemadmodum cætera uolatilia, deponere, hoc non facit, uerum humo defoſſa in ſcrobe oua parit. Quod ſcientes aucupes locum bouis ſtercore circumliniunt, ac ignẽ ſupponunt. Pelicanus autem uiſo fumo, uolens ſuis alis ignem extinguere, non modo non extinguit, ſed potius illarum uentilatione exuſcitat. Vnde combuſtis alis,

facile

facile fit aucupũ præda, quã ob rem cũ filiorũ causa periclitetur, nefas est sacerdotes uesci Pelicano. Ex Aegyptiis tamen multi comedũt, putãtes illũ nõ iudicio, uerũ natura & in filios pietate subire discrimen.

Quomodo Gratitudinem.

GRatitudinem scribentes, Cucupham auem pingunt, sola enim hæc cæterorum animalium parentibus iam senio confectis gratiam refert, in quo enim loco ab eis nutrita est, in eo loco nidũ illis conficit, ac pennas uellit, cibumq́ sufficit, quousq renatis pennis per se ipsos iam parentes cibum parare possunt: unde diuina sceptra Cucupha insigniunt.

Quomodo iniustum & ingratum.

Iniustum & ingratum significantes, unges geminos Hippopotami curuatos pingunt, hic enim cum adoleuerit periculum facit, an iam patre fortior euaserit, et si quidem pater cedit, locum illi impartitur ac permittit uiuere, pro patre uero matris connubia appetit, si uero non assentiatur pater eum coire cum matre, interimit

ipse pa

ipse patrem, iam superior uiribus, sic enim scribunt geminos Hippopotami ungues curuatos admodú, quod cú homines ui dent, et qua ratione id facit cognoscunt, proniores fiunt ad beneficia conferenda.

Quomodo iterum ingratos erga promeritos.

Ingratos erga promeritos significantes, columbam pingunt, mas enim ualentior factus, patré suum expellit, ac ipse cum matre coit, purum autem hoc animal esse uidetur, etenim orta peste, & hac infectis omnibus soli columbas edétes illæsi perdurant, quam ob causá tali tempore nihil aliud regi in prandio præter columbas apponunt, hoc idem contingere dicunt deorum ministris: scribitur etiam bilem hoc animal non habere.

Quomodo Impoßibile.

Rem quæ fieri nequeat significantes, hominis pedes scribunt deambulantes in aqua. Aliter hominem deambulantem sine capite, impossibile utrunque, unde non absque ratione id in eum usum assumunt.

Quomodo

Quomodo Regem pessimum.

Regem pessimũ significantes, Anguem pingunt, ad mundi figuram, cuius extremam caudam ori coniungunt, nomen uero regis ponunt in media plicatione, putantes per id intelligi, dare regem totius dominum, nomen autem Anguis est apud Aegyptios Mesi.

Quomodo Regem custodem.

Aliter Regem custodé significantes, Anguem quidem pingunt uigilantem, uerum pro regis nomine custodé ponunt, hic enim custos est totius mundi, oportet autem regem præcipue esse uigilantem.

Quomodo Regem uictorem.

Regem mundi domitorem significantes, adhuc Anguem pingunt, & in medio ipsius maximam domum.

Quomodo populum Regi obsequentem.

Populum Regi obsequentem significãtes, Apes pingunt, solum enim hoc ex animalibus regem habet, qué reliqua apium multitudo consequitur, ac illi paret, quémadmodum regi homines.

maxime lúcent.

Quomodo Occaſum.

Occaſum indicantes, Crocodilum inclinatum pingunt, eſt enim hoc animal rotundùm, & promiſcue parit.

Quomodo adumbrant tenebras.

TEnebras indicantes caudam Crocodili pingunt, non enim prius uincit, et ad internetionẽ redigit animal quod petit, quam cauda uerberatũ impotens reddiderit, in hoc enim præcipue mẽbro eſt fortitudo Crocodilo, cum ſint etiam alia ſigna in Crocodili natura. Hæc in primo libro dicta ſufficiant.

FINIS PRIMI LIBRI.

ORI APOLLINIS NILIACI DE NOTIS HIEroglyphicis Liber II.



N secundo tractatu reliquorum tibi ueram rationem tradam, quæ autem nec in aliis exemplaribus ullam habent ratioñe, ea primũ subiunxi.

Quid significent, cum Stellam scribunt.

Stellam scribentes, aliquando deum significãt, aliquando noctẽ, aliquando tempus, aliquando animã hominis masculi.

Quid cum pedes hominis pares & firmatos.

Hominis pedes pares et firmati, Solis cursum significant, in hyemali tropico.

Quid cum hominis cor gutturi appensum.

Cor hominis gutturi appensum, boni uiri buccam designat.

Quid cum digitum scribunt.

Hominis stomachũ significat digitus

Quid cum Penem manu compressum.

Penis manu compressus, hominis temperantiam significat.

Quomo-

Quomodo Morbum significant.

Papaueris flores hominis morbum significant.

Quomodo Ile hominis.

Ile hominis cum uolunt significare, os pingunt, quod Spinã dicũt, putant enim aliqui, sperma inde ferri.

Quomodo firmitudinem & securitatem.

Coturnicis os pictum, firmitudinem & securitatem significat, etenim non temere patitur huius animalis os.

Quomodo Concordiam.

Duo homines insignia magistratus induti, concordiam significant.

Quomodo turbationem.

Armatus uir & sagittans, turbationem significat.

Quomodo commensurationem.

Hominis digitus commensurationem notat.

Quomodo desponsatam mulierem.

Corpus solare bipartitum cum astro, desponsatam mulierem designat.

Quomodo Ventos.

Eleuata Aquila in ortum tendens, uentos significat. Aliter in aëre Aquila alas extendens, uentos notat.

Quomodo Ignem.

Fumus in cœlú ascendés, ignẽ designat.

Quomodo Opus.

Maris cornu pictum, opus significat.

Quomodo Vltionem.

Fœminæ uero cornu pictum, ultionẽ significat.

Quomodo Impium.

Imago dimidiata tantum umbilicotenus hominem ostendens, cum gladio, impium significat.

Quomodo Ver.

Equus fluuialis, Ver significat.

Quomodo Longæuum.

Longæuum significantes, Ceruum pingunt, singulo quoq; anno cornua germinat ceruus.

Quomodo auersionem.

Lepus aut canis auersus, auersionem significant.

Quomo

Quomodo cædem aut sanguinem.

Crocodili uespa uolans, Crocodili nociuum sanguinem significat aut cædem.

Quomodo Mortem.

Nycticorax mortẽ significat, noctu eñ de improuiso aggreditur pullos, quemadmodum de improuiso mors superuenit.

Quomodo Amorem.

Laqueus, amorem significat.

Quomodo antiquißimum.

Orationes, folia, & signatus liber, antiquissimum designat.

Quomodo obsidionem.

Scala obsidionem significat ob accliuitatem.

Quomodo Rudem, aut Musam, aut Parcam.

Septẽ elementa in duobus digitis contenta, musam, aut rudem, aut parcam significant.

Quid linea lineæ superimposita significet.

Linea lineæ superimposita, lineas decem planas significat.

Quid significent Hirundinem pingentes.

Patrimonium magnum relictum filiis significare uolentes, Hirundiné pingunt, hæc enim moritura seipsam in luto peruoluit, ac pullis latebras parat.

Quid significet Columba nigra.

Mulierem uiduam, et sic permanentem usq; ad mortem cum uolunt significare, columbam nigram pingunt, hæc enim post maris interitum semper sola degit.

Quid significet Ichneumon.

Virum debilem, & qui aliorum auxilio egeat, significare uolentes, Ichneumonem pingunt, hic enim si anguem inimicum uideat, nõ statim aggreditur, sed prius uocatis aliis ex sua specie, sic firmior præsidio, angui fit obuiam.

Quid significent Origano.

Formicarum defectum cũ uolunt significare, Origanũ pingunt, abeunt enim formicæ herba hac posita in loco qua transeunt.

Quid Scorpione & Crocodilo.

Inimicum inimico congressum significare uolen

care uolentes, Scorpionem & Crocodilũ pingunt, hi enim mutuo se interimunt, si autem alterum uictoré significent, qui uidelicet inimicum suum sustulerit, Crocodilum pingunt ,aut Scorpionem,& si quidem eum qui propere occiderit, croco dilũ pingunt, si uero eum qui tarde, scorpionem,'est enim tardi incessus scorpio.

Quid Mustela significent.

Mulierem uiraginem cum uolunt significare,Mustelam pingũt,hæc enim ha bet maris testiculum tanq̃ officulum.

Quid Porco.

Hominem perniciosum cum uolunt significare,porcum pingunt,talis est enim porci natura.

Quomodo Iram immensam.

Iram immensam, adeo ut irato febrem incutiat uolentes significare, Leonem pin gunt catulos suos cauda flagellantem, & leonem quidem, ob iram, catulos uero flagellatos, quoniam horum ossa inter se collisa,ignem emittunt.

Quomodo ſenem Muſicum.

Muſicum ſenem cùm uolunt ſignificare, Cygnum pingunt, hic enim ſeneſcens canit q̃ ſuauiſſime.

Quomodo uirum coeuntem cum uxore.

Virum coëuntem cum uxore cum uolunt ſignificare, geminas cornices pingũt, hæ em̃ coëunt eodé modo quo homines.

Quid ſignificent Cantharum cæcum ſcribentes.

Hominem qui ſolis ardore ualetudiné contraxerit, & ob eam cauſam deceſſerit cum uolunt ſignificare, Cantharum cæcum pingunt, hic enim radiis ſolaribus obcæcatus deficit.

Quid Mula ſignificent.

Mulierem ſterilem cum uolunt ſignificare, Mulam pingunt, hæc enim ideo eſt ſterilis, quia matricem habet obliquam.

Quomodo Mulierem ſignificent, quæ infantem fœminam pepererit.

Mulierem quæ infantem fœminam pepererit ſignificare uolentes, Taurum pingunt in ſiniſtram partem reſpicientem: ſi uero marem, taurum iterum pingunt, ad

dextram

dextram conuersũ. Taurus enim post coitum si ad sinistram descendat fœminam generasse creditur, si uero ad dextrã, marẽ.

Quomodo Vespas significent.

Vespas cum uolunt significare, equi cadauer pingunt, ex huiusmodi enim cadauere plurimæ uespæ generantur.

Quomodo Mulierem quæ abortiuum fecerit.

Mulierem quæ abortiuum fecerit cum uolunt significare, Equam scribunt quæ lupum presserit. Equa enim abortiuum facit, non modo si lupum calcauerit, sed etiam si ipsius uestigia attigerit.

Quomodo hominem seipsum curantem ex oraculi responso.

Hominẽ ex oraculi responso seipsum curantem cum uolunt significare, Picam pingunt lauri folium ore tenentem, hæc enim cum ægrota est, lauri folium in nidum immittit, & ita conualescit.

Quomodo multos culices.

Multos culices prouenientes cum uolunt significare, uermes pingunt, ex his em̃ generantur culices.

Quomodo hominem non habentem per se bilem, sed ab alio commotum.

Hominem non habentem naturaliter bilem, uerum ab alio commotum cum uolunt significare, columbam pingunt, arrecta posteriora habentem, in illis enim bilem habet.

Quomodo hominem tute urbem habitantem.

Hominem tute urbem habitantem significare uolẽtes, Aquilam lapidem portantem pingunt, illa enim lapidem unguibus eleuatum portat in suum nidũ, ut illo depressus nidus firmiter maneat.

Quomodo hominem debilem qui alio insequente aufugiat.

Hominem uiribus imbecillem, qui insequentem aufugiat significare uolentes, Otidem auem & equum pingunt, euolat enim illa uiso equo.

Quomodo hominem ad proprium patronum confugientem neq; adiutum.

Hominem ad proprium patronũ confugientem, neq; adiutum cum uolunt significare, passerem & noctuam pingunt, passer

passer enim aucupem fugiens, ad noctuã procurrit, apud quã æque tamen laborat.

Quomodo hominē debilē, aufugientē tamen.

Hominem imbecillem aufugientem tamen cum uolunt significare, Vespertilionem pingunt, uespertilio enim ꝗ̃uis non habeat pennas, euolat tamen.

Quomodo Mulierem lactantem, & bene nutrientem.

Mulierem lactantem & bene nutrientē significare uolentes, † turturē pingunt, ea enim ex uolatilibus sola dentes et mammas habet. *aliàs uespertilionem*

Quomodo hominem saltatione gaudentem.

Hominem saltatione gaudentem, et tibiis, cū uolūt significare, turturē pingunt, capitur enim hæc ad tibias et saltationem.

Quomodo hominem mysticum.

Hominem mysticum significare uolentes, Cicadam pingunt, hæc enim non ex ore obstrepit, uerum per scapulas sonum emittens ædit dulce carmen.

Quomo-

Quomodo Regem solitarium, neq; errata miserantem.

Regem solitarium & qui lapsis nulla errata condonet, cũ uolunt significare, Aquilã pingunt, hæc em̃ in locis solitariis nidũ habet, et altius q̃ cætera uolatilia uolat.

Quomodo instaurationem diuturnam.

INstauratione diuturnã significare uolẽtes, Phœnicem auẽ pingunt, quando enim hæc nascitur instauratio fit rerũ: nascitur autẽ hoc modo, cum moritura est Phœnix, proiicit seipsam ad terram, et ex proiectionis impetu, uulnus accipit, ac ex cruore de illo uulnere nascit̃ alia Phœnix, hæc autẽ postq̃ pennæ concreuerint, unà cum matre in Solis urbem, quæ urbs est in Aegypto proficiscit̃, illic autẽ mater morit̃ statim ad ortũ Solis, post cuius interitũ redit pullus in propriã patriã, unde digressi fuerant. Sacerdotes autem Aegypti defunctam sepeliunt.

Quomodo parentis amatorem.

Parentis amatorẽ significare uolentes, Ciconiã pingunt, hæc enim à parentibus

enutrita

enutrita non separatur ab illis, uerum ad ultimam usq; senectutem permanens parentibus uictum sufficit.

Quomodo Mulierem quæ uirum oderit.

Mulierem quæ uirum oderit, ac insidias illius uitæ tendat, & in coitu tantũ adulantem cũ uolunt demonstrare, Viperam pingunt, ipsa enim in coitu mari iuncta os in os inserit, post coitũ uero interimit, illius caput morsu amputans.

Quomodo filios matri insidiantes.

Filios matri insidiantes cũ uolunt significare, Viperam pingunt, hæc enim non ex naturali loco, quemadmodum cætera animalia, uerum parentis utero rupto, sic in lucem prodit.

Quomodo hominẽ in accusatione conuicijs confectum ac languentem.

Hominem in accusatione conuiciis affectum ac languentem significare uolentes, Basiliscum pingunt, ille enim uicinos sibi serpentes solo sibilo interimit.

Quomodo hominem igne combustum.

Hominem igne combustũ significare uolentes

uolentes Salamandrā pingunt, ipsa enim utroq; capite interimit.

Quomodo hominem cæcum.

Hominem cæcū significare uolentes, talpam pingunt, hæc enim neq; oculos habet, neq; aliter uidet.

Quomodo hominē extra domū se continentē.

Hominem extra domum se continentem cum uolunt significare, Formicam & pennā uespertilionis pingūt, huius enim alis ad nidū repertis, formica nō ingredit̃.

Quomodo hominem sibiipsi damna dantem.

Hominem sibiipsi damna inferentem cum uolunt indicare, Castorem pingunt, hic enim uenatoribus insequentibus testiculos suos demordens abiectos relinquit.

Quomodo patrem qui inuitus filio hæreditatem reliquerit.

PAtrem qui inuiso filio hæreditatem reliquerit significare uolentes, Simiam cum alia parua simia insequēti pingunt, parit enim simia geminos, ex quibus unū diligit admodum, alterū uero odit, quem igitur amat, ore gestans interimit, quem uero

uero odit, post se habet, ac illũ reliquum nutrit.

Quomodo hominẽ suũ dedecus occultantem.

Hominẽ suũ dedecus occultantẽ, cum uolunt significare, Simiã pingũt, hæc em̃ cum urinat, urinam suam occulit.

Quomodo hominem acuti auditus.

Hominem acuti auditus significare uolentes, Capram pingunt, hæc enim & auribus, & quadam parte gutturis audit.

Quomodo Instabilem.

Instabilem aliquem, neq; in eodem statu permanentem, uerum modo fortem et audacem, modo imbecillũ & timidum, cum uolunt significare, Hyænam serpentem pingunt, hæc enim modo mas modo fœmina fit.

Quomodo superiorẽ ab inferiore uictum.

Superiorem ab inferiore uictum significare uolentes, duas pelles pingunt, hyænæ unã, alterã pardi: hæ em̃ pelles si simul ponãtur, pardi quidẽ pilos abiicit, hyænæ uero non.

Quomodo hominẽ qui inimicũ ſuũ uicerit.

Hominem qui inimicum ſuum uicerit ſignificare uolentes, Hyænam ad dextram conuerſam pingunt, uictum autem indicantes, rurſus hyænam ad ſiniſtram conuerſam pingunt, ipſa enim inimico inſequente, ſi ad dextram partem ſe conuertat, interimit inimicum, ſi uero ad ſiniſtram, interimitur ipſa.

Quomodo hominem iniectas ſibi difficultates intrepide ferentem.

Hominem iniectas ſibi difficultates ad mortem uſq; intrepide ferentem ſignificare uolentes, Hyænæ pellẽ pingunt, ſi quis enim hyænæ pelle ſuccinctus, medios feratur in hoſtes, à nullo læditur, et intrepide præterit.

Quomodo hominem inimicum ſuum præuenientem.

Hominem inimicum ſuum præuenientem ac minimo damno ſe à periculis eximentem, cũ uolunt ſignificare, Lupum pingunt, extrema amputata cauda: hic eñ cum iam ſit à uenatoribus indagandus, pilos

pilos abiicit & extremum caudæ.

Quomodo hominem pericula ex occulto timentem.

Hominem ex occulto pericula timentem significare uolentes, Lupum & lapidem pingunt, Lupus enim neq; ferrum timet, neq; hastam, sed tantum lapidē, deniq; si quis lapidem proiiciat, hoc uerum periculo comprobabit, & ex proiectu lapidis uulnere facto gignūtur lupo uermes.

Quomodo hominem igne castigatum.

Hominem igne castigatum, & hoc indicare uolentem, cum uolunt significare, Leonem & faces pingunt, nihil enim magis timet leo, q̄ faces ardentes, neq; ulla alia re æque atq; his domari creditur.

Quomodo hominem ægrotum atq; seipsum curantem.

Hominem ægrotum ac seipsum curantem cum uolunt significare, Leonem pingunt simiam uorantem, hic enim si frebricitet, uorata simia conualescit.

Quomodo hominē nouißima cala-
mitate castigatum.

Hominem nouiſſima calamitate caſti-gatum ſignificare uolentes, Taurum pin-gunt, caprifico illigatũ, hic em̃ cũ mugit ſi de caprifico ligetur, reddit̃ manſuetus.

Quomodo hominem dubiæ
temperantiæ.

Hominem dubiæ & inſtabilis tempe-rantiæ ſignificare uolentes, Taurum pin-gunt, genu dextrum ligatũ, ſic enim non coit: aſſumitur autẽ taurus ſemper ad tem perantiam ſignificandã, quippe qui poſt conceptum, fœminam non adeat.

Quomodo hominem oues &
capras perdentem.

Hominem oues & capras perdentem ſignificare uolentes, animalia ipſa pin-punt Conizam paſcentia, hæc enim Co-nizam edentia moriunt̃ ſiti enecta.

Quomodo hominē comedentem.

Hominem comedentem ſignificare uo lentes, Crocodilum pingunt, os apertum habentem.

Quomo

Quomodo hominem rapacem & pigrum.

Hominem rapacem & pigrum significare uolentes, Crocodilum pingunt, cum Ibidis penna in capite, hũc enim si Ibidis penna tangas, immobilem reddes.

Quomodo Mulierem semel tantum enixam.

Mulierem, quæ semel tantum peperit cum uolunt significare, Leænam pingũt, hæc enim non concipit secundo.

Quomodo hominem natum deformem.

Hominem primo deformem natum, qui postea formosus euaserit, significare uolentes, Vrsam prægnantem pingunt, hæc enim conuersum sanguinem ac durатum parit. Postea fotum digerit in suas partes, ac lingua lingens perficit.

Quomodo hominem fortem & conducentium indagatorem.

Fortem hominem ac utilium indagatorem significare uolentes, Elephantem pingunt cum proboscide, hac enim ille olfacit, ac intercidentia consequitur.

Quomodo Regem fugientem insipientiam.

Regem insipientiam fugientem signifi

care uolentes, Ceruum & arietem pingũt, fugit enim ceruus cum arietem uidet.

Quomodo Regem nugatorem fugientem.

Regem hominẽ multarum nugarum fugientem cũ uolunt significare, elephantem pingũt cum sue, fugit enim Elephas audita uoce suis.

Quomodo hominem celerem quidem in cursu sed sine causa fugientem.

Hominem celerem in cursu, uerũ sine causa fugientem significare uolentes, Ceruum & uiperam pingunt, fugit enim ceruus uisa uipera.

Quomodo hominem de sua sepultura solicitum.

Hominem de sua ipsius sepultura curam habentem significare uolentes, Cerũ pingũt suos ipsius dentes infodiẽtem, sepelit eñ ceruus, qui sibi exciderũt dentes.

Quomodo hominẽ qui ad iustã ætatẽ uixerit.

Hominẽ qui ad legittimã ætatẽ uixerit significare uolentes, Cornicẽ pingũt, uiuit eñ hæc centũ Aegyptiacos ãnos, ãnus autẽ apud Aegyptios est quatuor annorum.

Quomo

Quomodo hominem malitiã suã tegentem.

Hominem malitiã suã tegenté, nec ab aliis cognosci promittentem, cum uolũt significare, Pardum pingunt, uenatur em̃ pardus & insequitur cætera animalia ex occulto, ac singilatim, nec pernicitaté suam cognosci sinit, ut minus caueant ab eo animalia, quæ insequitur ad pastum.

Quomodo hominem adulatione deceptum.

Hominé adulatione deceptũ significare uolentes, Ceruũ pingũt cum tubicine, demulceẽ em̃ ceruus cantus modulamine, ac sic quodammodo oblitus sui capitur.

Quomodo præcognitionem abundantis uindemiæ.

Præcognitionem abundantis uindæmiæ significare uolentes, Vpupam pingunt, ipsa enim si canat anteq̃ uites germinent, futura uini copia significatur.

Quomodo hominem cui uuæ pastus nocuerit.

Hominem cui comesta uua nocuerit, et qui ob id seipsum curet significare uolentes, Vpupã pingũt, et Adiantũ herbam.

Vpupa enim uua pasta læsa, inuentum adiantum in os immittit,ac sic cõualescit.

Quomodo hominem cauentem sibi ab inimicorum insidiis.

Hominem sibi cauentem ab inimicorum insidiis cum uolunt significare, Gruem uigilantem pingunt, grues enim seipsas custodiunt tota nocte per uices uigilias facientes.

Quomodo pædicationem.

Pædicationem significare uolentes, geminos mares ex perdicibus pingunt, illi enim amissis fœminis inuicem coëunt.

Quomodo senem inedia enectum.

Senem inedia enectum significare uolentes, Aquilam pingunt cum curuato rostro, illi eñ senescenti incuruatur rostrũ, & ea de causa inedia absumitur.

Quomodo hominem inquietum semper et iracundum.

Hominem inquietum semper & iracũdum, ac nec quidem dum comedit quiescenté, cũ uolunt significare, Cornicẽ cũ pullis pingunt. Cornix enim dum pullos pas-

los pascit, semper est in cursu.

Quomodo hominem cœlestium gnarum.

Hominē cœlestiū gnarū significare uolentes, Gruē uolantē pingunt, hæc eñ ita alte uolat, ut nubes uideat & tangat.

Quomodo hominem alienantem proprios liberos ob paupertatem.

Hominem alienantem proprios liberos ob paupertatem cū uolunt significare, Aquilā prægnantē pingunt, illa eñ parit tria oua, ex quibus eligit unū, duo reliqua frangit, hoc autē facit, quia tunc temporis ungues mutat, & hac de causa non potest tres eodem tempore pullos alere.

Quomodo hominem tardum in mouendis pedibus.

Hominem tardum in mouendis pedibus significare uolentes, Camelum pingunt, ille eñ solus ex aliis animalibus crura in eundo incuruat, & ex hoc habet appellationem.

Quomodo hominem impudentem & acuti uisus.

Hominem impudentē et acuti uisus

 signi-

ſignificare uolentes, Ranam pingũt, hæc enim ſanguinem non habet, niſi tantum in oculis, eos autem qui illic ſanguinẽ habeãt impudentes uocãt, unde Homerus, Ebrius, canis oculos habens, et cor cerui.

Quomodo hominem qui ſe mouere nequeat.

Hominem qui multum tempus ſe mouere nequeat, poſtea uero mouendi ſe uires conſequatur, cum uolunt ſignificare, Ranam pingũt, pedes poſteriores habentem, ranæ em̃ naſcuntur ſine pedibus, qui tamen procedente tempore ſubcreſcunt.

Quomodo hominem omnibus inimicum.

Hominem omnibus inimicum ſignificare uolentes, Anguillã pingunt, hæc em̃ ſeorſum ab aliis piſcibus degit, neq; temere cum aliis inuenitur.

Quomodo hominem ſeruantem multos in mari.

Hominem ſeruantem multos in mari ſignificare uolentes, Narcam piſcem pingunt, hic enim cũ uiderit piſces defeſſos, iam nec amplius natare ualentes, præſto eſt illis ac ſeruat.

Quomo-

Quomodo hominem qui utilia & inutilia male comsumpserit.

Hominem qui utilia & inutilia male consumpserit significare uolentes, Polypum piscem pingunt, hic enim multum & intemperanter edens, cibum congerit in caueam, & cum esui apta consumpserit, abiicit, & reliqua inutilia.

Quomodo hominem hominibus sui generis imperantem.

Hominem hominibus sui generis imperantem significare uolentes, Carabum & Polypum pingunt, superant enim carabi polypos, ac primas tenent.

Quomodo hominem iunctum mulieri.

Hominem iunctum mulieri significantes, Conchas pisces pingunt, ipsæ enim in conchis genitæ, paulo post in ipsis conchis mutuo iunguntur.

Quomodo hominē qui seipsū non curet.

Hominem qui seipsum non curet, uerum à propinquis curetur significare uolentes, Concham & cancrum pingunt, adhæret enim cancer conchæ, et uocatur

pinno-

pinnophylax, id eſt, conchæ cuſtos, hiat autem concha cum eſurit, in eam igitur hiantem cum piſciculus intrauerit, pungit cancer ungula concham, hæc uero admonita concham claudit, et hoc modo uenatur piſciculos.

Quomodo hominem cibum euomentem.

Hominem cibum euomentem, ac rurſus immoderate comedentem ſignificare uolentes, Muſipulam aquaticum animal pingunt, hæc enim ex ore parit, poſtea uero natans fœtum deglutit.

Quomodo hominem cũ alienigenis coëuntẽ.

Hominẽ cum alienigenis coëuntẽ ſignificare uolentes, Myrannam piſcem pingunt, hæc enim è mari egreſſa uiperis admiſcetur, ac ſtatim ad mare recurrit.

Quomodo hominem ob cædem punitum.

Hominem ob cædem punitum ſignificare uolentes, Turturem laqueo captam pingunt, hæc enim detenta abiicit, quam habet in cauda ſpinam.

Quomo-

Quomodo hominem aliena comedentem intemperanter.

Hominem aliena comedentem ac deinde sua consumentem significare uolentes, Polypum pingunt, hic enim si desint sibi cibi, ex suis capillamentis edit.

Quomodo hominem pulchra appetentem.

Hominem pulchra appetentem, ac pro his ultro mala subeuntem cum uolunt significare, Sepiam pingunt, hæc enim si uideat sibi insidias tendi, aquam turbat profuso ex aluo atramento, atque ita piscatorem fugit.

Quomodo hominem libidinosum.

Hominem libidinosum significare uolentes, Passerculum turrianum pingunt, hic enim & ira concitus, & abundanti spermate uexatus, septies in hora coit, abũdanter sperma emittens.

Quomodo hominem eundem tenorem uitæ seruantem.

Hominem eundem tenorem uitæ seruantem significare uolentes, Lyram pingunt,

gunt, hæc em̃ eundem sonũ continuat.

Quomodo hominem qui ab insipientia resipuerit.

Hominem qui ab insipientia resipuerit, ac inde modum suæ uitæ habuerit significare uolentes, Fistulam pingunt, hæc em̃ maxime conuertit ac retinet hominem, et in memoriam redigit ea quæ animo obsequens perpetrauerit, & habet hæc sonum maxime compositum.


Quomodo hominem æquale unicuiq; distribuentem.

Hominem æquale unicuiq; distribuentem significare uolentes, Strothocamili pennam pingunt, hoc enim animal habet undiq; alarum pennas æquales.

Quomodo hominem laboriosum.

Hominem laboriosum significare uolentes, manum hominis pingunt, hæc enim omnia opera perficit.

ORI APOLLINIS NILIACI ἱερογλυφικῶν, Bernardino Trebatio Vicentino interprete finis.



BASILEAE APVD IOHAN.
HERVAGIVM.
ANNO M. D. XXXIIII.







